



P 4

~~Am~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

17-49.

SIGNAT. CCCXIII.

Primum & ultimum differentia  
idem qui obtulit ceteras  
unianam in Biblioth. in  
Volam. Diff. Verus dicit. Rept  
repcant, excedit.

Q. D. B. V.

32.

29

DISPUTATIO IN AVGVRALIS  
RENATORVM  
**EXPERIENTIA**  
SPIRITVALI,  
SOLENNISSIMA PANEGYRI  
A REVERENDISSIMA  
FACULTATE THEOLOGICA  
**DOCTORIS INSIGNIA**  
IPSI CONFERENTVR  
AD DIEM IX. Nov. A. O. R. cl<sup>e</sup> I<sup>c</sup> Ic.  
EXHIBVIT IO. GECRGIVS PRITIVS, LIPSIENSIS,  
SS. THEOLOGIAE LICENTIATVS, EIVSDEM QVE VT  
ET METAPHYSICAE PROFESSOR PUBLICVS  
AC PASTOR IN GYMNASIO ET ECCLE-  
SIA SERVESTANA.

---

LIPSIAE, TTPIS CHRISTIANI GöZII.



MEMORIAE  
RENAVI RVM  
NOBILISSIMI AMPLISSIMIQUE,  
FRIDERICI BENEDICTI  
CARPZOVII,  
PRUDENTISSIMI  
IN CVRIA VRBIS PATRIAE  
LIPSIENSIS  
AEDILIS ET SENATORIS,  
VIRI  
OB INSIGNIA IN REMPVBLICAM  
LITTERARIAM MERITA  
CELEBERRIMI,  
BONISQUE OMNIBVS COMMENDATISSMI,  
DISSERTATIONEM HANC IN AVGRALEM  
SACRAM ESSE JVBT  
TANTI NOMINIS QVOD SIBI CARISSIMVM,  
SANCTISSIMVMQVE EST,  
PERPETVVS CULTOR  
Io. GEORGIVS PRITIVS.



Quid praestari ab aliis solet viuentibus, hoc a me,  
 neque tamen nouo atque iniustato exemplo, Vi-  
 ro iam beatissime defuncto, praestatur officium.  
 Absit enim, ut quem supremum Numen placi-  
 dissima morte nobis ante semestre spatium e-  
 ripiuit oculis, eius continuo ex animis nostris evanescat memo-  
 ria. Is fuit FRIDERICVS BENEDICTVS CARP-  
 ZOVIVS, quem cum Dei benignitas terris indulxit, & no-  
 dum sapientiae fidus confestim orbi effulgit, nouoque praesidio  
 spreta ubique, nec pro dignitate habita Musarum gens, mirifice  
 gaudere atque efferre se coepit. Et profecto, ut generi huma-  
 no deuinciendo natus esse videbatur; ita quos in demerendis  
 cuiuscunque conditionis hominibus pares sit habiturus, sint pau-  
 ciissimi; tam solerter, tam studiose, tamque cupide in aliorum  
 utilitates se solebat dispensare. De amplissima vero, quam  
 capacissimo pectore erat complexus, eruditione, quid attinet di-  
 cere? quae omnibus, apud quas suus litteris seruatur bonos, no-  
 risissima, a summis seculi viris per aliquot iam annorum decades  
 & admiratione & veneratione vehementer fuit affecta. In-  
 terim cum accessisset ad rem publicam & inter venerandos urbis  
 Lipsiensis Patres saluti publicae operari capisset, quam multa sin-  
 gularis prudentiae, eximiae dexteritatis, castigatae probita-  
 tis, industriaeque indefessa edidit specimina; ut eius nunc ope-  
 ra tanto requiratur magis, quanto ad ornandam amplificandam  
 que patriam fuit utilior. Sed haec atque multae virtutes iniusti-  
 tatae aliae, ut suo quidem constant pretio, & omnium, qui-  
 bus, quod honestum censetur, curae cordique est, sempiter-  
 no merentur celebrari laudum praeconio; ita exigua ista  
 pagella memorare velle, quid aliud esset, quam exinde patre  
 immensum illud exhaustire velle pelagus. Mibi ve-  
 ro, se admiratus vppquam aliquid in CARPZOVIO fui,

mors ipsius visa est semper memorabilissima, quali quis insto-  
rum ardenter non optet hinc decedere? Nimirum flagitata &  
obtenta admissorum venia, toto animo ad Deum se conuertere,  
& contemnis proculcatisque animose rerum mundanarum va-  
nitatibus, ad Deum anbelare, atque mentem deuotissimam suo  
Saluatori tradere, inque amplexibus eius ardentissimis animam  
efflare, qui sustinuerit, quali fato, singulari Dei munere poti-  
tus est CARPOVIVS, is vero quid ad beatissimum hinc dis-  
cessum desideret amplius? Illa nempe Viro opsimo & de republi-  
capraeclarissime merito obtigit felicitas, ut cum rebus, dum vita  
manebat, floreret omnibus, amplissimis honoribus auctus, & ab o-  
mnibus magni aestimatus, eo ipso tempore, cum ad ulteriora  
daretur progressio, leti genere, quo nullum est beatius, mortalium  
numero fuerit subductus. Quae omnia dum, pro Viri in me  
meritis, oratione deductori sibere meditor, liceat hic tantisper  
confessoriam suspendere tabulam, qua quam prolixe debeam F.R.I.  
DERICO BENEDICTO, interim patefaciam. Erat in  
potis, quod saepe & alias factum est, effusis innocentibus versicu-  
lis, quos & ego in laudes ipsius lubentissimo animo facere; ille  
vero legere solebat; de annorum subinde incremento ipsi gra-  
tulari. Sed ut sunt versaciles hominum res, & sub casuum mul-  
torum varietatem subiectae; ita in eam me sentio coniectum  
necessitatem, ut officium fleibile in eo colendo mibi sit obeundum,  
quod occasionibus non nisi lactis voluisse suscipere. Quod ut  
constare nunc velim omnibus, ita intensissimo studio precor, ut  
& mortuo aeternum bene sit, & uniuersa CARPOVIO-  
RVM gens intemerata floreat felicitate.

Lipsiae d. VII. Nouembr.

A. O. R. clc Ic

Σὺν τῷ Θεῷ.

Ad

DISSERTATIONEM

De

SPIRITVALI RENATORVM

EXPERIENTIA

P R A E F A T I O.



Vantumcunque sit illud, quod splendidissimo dignitatum variarum nomine venire solet in mortalium genere, qui in seculo prae aliis celebrari aestimarieque impendio saepe allabrant; siue illae ex generis clarissimi nobilitate; siue ex honoribus, quos in republica sustinent, eximis; siue ab ingenii eruditionisque praestantia; siue denique e virtutis studio petantur; ut amplam fane, quicquid id est, illustrissimamque habet speciem; certe humana saltem opinione celebratum exsplendescit; illam vero diuinam dignitatem, qua christiani, vero diuinoque sanctitaris lumine illustrati, effulgent & censentur, nequaquam attingit. Quales enim eos esse existimabimus, qui modo א/oriyת magnifici Psalm. XVI. 3. modo עטרת תפארת ביד יהוה וצפוף מלכות בכה אלהך Corona in manu Iehouae, & cidaris regni in manu DEI, Ies. LXII, 3. modo dilecti Dei & vocati sancti Rom. I, 7; modo electi Dei, sancti & dilecti Col. III, 12. audiunt, aliisque longe plurimis, magnificis certe, nominibus insigniti leguntur? Nec vero, quare ita nuncupentur, non causa sublunt, ut numero multae; ita robore longe grauissimae. Iam primum nobilissima se efferunt prosapia, ex DEO ipso, ex ipsius sanctissimo Spiritu; denique ex semine diuino nati, ut ad Deum ipsum generis excelsi referre originem sint credendi. Quales vero sunt opes illae, quibus cumulati sunt affatim, quam magnae, quam pretio inaestimabiles? quas

A

nullus

nullus eorum, qui vñquam ob magnam vim possessionum argentique & auri copiam, nomen adepti sunt, adaequare potuit. Simulac per salutare baptismatis lauacrum ingrediuntur in foedus Dei, statim ipsis ad innumerabilia Dei beneficia perfruenda aditus patet liberrimus. Potiuntur Spiritus sancti gratiosissimis donis; vt iam credere, & firma cordis fidentia reliquas omnes opes complecti possint. Ergo cum Deo reconciliati, cum Deo viuunt familiarissime; ad ipsum suas allegant preces, de exauditione semper certissimi. Atque vt de gratia Dei, qua abundanter nunc gaudent, triumphant merito; ita quae futura animo praecipiunt, longe sunt maiora; inde ergo auaris votis atque suspiriis imminent coelesti, quae ipsos manet post discessum e corporis vinculis, gloriae; tranquillitate mentis & sublimissima pace, longe omnium hominum rationem praetergrediente, vndique perfusi. Quod si & quantius est in hoc mundo, variarum rerum scientiis expolitum circumferre ingenium, & ea nosse, ad quae cognoscenda vulgo paeclusus est aditus; quis est, qui cum homine fideli paria faciat? *divites enim uero in omni sunt facti in Christo Iesu, in omni verbo & in omni cognitione, sicut testimonium Christi confirmatum est in ipsis, ita ut non indigeant ullo dono, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, I. Cor. 15.6.* Quam scientiam rerum pulcherrimarum cum ex sacram litterarum monumentis, quae vt intelligent praestat Spiritus diuini, suo lumine pios perfundentis, auxilium; tum ex experientia, ab ipsis Dei operibus prudenter collecta, hauriunt. Atque vt de cognitione ex sacris litteris depromenda, saepissime agitur; ita nunc nobis visum est, de *Experientia christianorum spirituali* quaedam pro temporis, quibus circumscribimus, angustia commentari; cui labori vt diuinum Numen sua gratia adesse clementer dignetur, religiose precamur.

SVM-



## SUMMA TOTIVS DISPV TATIONIS.

- I. Professio religionis christiana postulat facta.
- II. Deus semper agit; tum in regno potentiae;
- III. Tum in regno gratiae, & imprimis circa animam humanam,
- IV. Fidei quoque indoles est, ut semper agat.
- V. Capita religionis christiana plarima exercitium inuolunt.
- VI. Vnde colligitur dari experientiam in rebus sacris.
- VII. Quod probatur vterius dictis scripturae. Consideratio loci Phil. IV, 9
- VIII. Consideratio loci Rom. V, 3, 4.
- IX. Consideratio Psalm. XXXIV, 9.
- X. Consideratio loci II. Cor. XIII, 5.
- XI. Consideratio loci Ebr. VI, 4, 5.
- XII. Probatur etiam exemplis Iacobi, Davidis, Pauli.
- XIII. Quid sit experientia christianorum & quorūplex?
- XIV. Circa quao versetur experientia christianorum?
- XV. Quomodo & quibus mediis experientia illa sit comparanda?
- XVI. Quid cauendum hic sit, ne decipiatur.
- XVII. Quae sint naturae & gratiae? & quomodo ea in nobis sint deprehendenda?
- XVIII. Quomodo diiudicanda sint spiritualiter, quae fiunt ab aliis?
- XIX. Quam vilitatem praefet experientia christiana, tum in explicandis fidei capitibus; quod ostenditur exemplo de fide iustificante;
- XX. Tum in aliis mysteriis rectius cognoscendis.
- XXI. Tum in confirmando animo circa promissiones diuinias.
- XXII. De christianis expertis.
- XXIII. Experiencia rerum spiritualium maxime requiritur in verbi ministro.
- XXIV. Id quod contra obiectionem adseritur.

## §. I.

**O** vi Christi, Saluatoris optimi, scita & cognata sequuntur, Professio religionis tam nomine, quod in se est nobilissimum, quam ipsa regionis christiana postulat facta. Ignatius Romanos obsecrat, id ipsi a Deo ut precibus obtineant: μόνον δύναμιν τετέσθετο έσωθεν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ ἐν δέλω, ὅπως μὴ μόνον λέγωναι χριστανός, ἀλλὰ καὶ ἐνεργῶ, ἐὰν γένηται λέγεσθαι δύναμις. Solum mibi potentiam petatis ab intra & ab extra, ut non solum dicam, sed & velim; non ut solum dicar christianus, sed & inueniar & dici possim: Epistol. ad Romanos p. m. 56. Cum enim, quam olim gessimus, diuina imago, prolapso in determinatum peccatum primis parentibus, misere fuerit perdeperita, qua una felicitas, quam vix nunc mente concipimus, continebatur, cum praeter

## 4 DİSSERTATİO İNAVGVRALIS.

elegantissimum pulcherrimaeque figuræ corpus mentem circumferemus, ipsius Dei similitudine impressam, & nulla me minima quidem & tenuissima labe infectam: illud nunc placita, a mundi Saluatore tradita, postulant, vt quae in nobis ruinam traxerunt, diuina flaminis gratia restituantur in vigorem pristinum, hominesque amissas opes postliminio recuperent. Ergo cum haberent primi homines naturam rectissime constitutam, illisque bonis abundanter exornatam, quibus, vt cum Deo, salutis omnis fonte coniungerenter, facilissime adsequebantur; coelestis nempe illius iustitiae, animam ad omnem sanctitatem instruentis, fidelissima custodia, & excellente honestatis omnis pulchritudine; nemo nunc christiani nominis decus sustinere valebit, nisi in quo, quae amissimus, vestigia illorum iterum effulgeant, pristinam dignitatem, qua olim tam pulchre eminuimus, ad minimum ex parte referentia. Accedit, quod qui ad Deum a se & mundo conuertuntur, Spiritus sancti reddantur, particeps, qui saluti nostræ impense studens, in animabus nostris veluti in templo aliquo insidet, ac circa ea sollicitissime fatagit, quae in meliorem nos faciem refungunt. Non tantum igitur cupiditatum perniciiosissimarum fibras euellit, prauaque illa desideria, quae nos in transuersum rapiunt, subinde elidit; sed virtutum quoque inserit femina, & propullulantia bona frugis rudimenta prouehit, in pulcherrimos fructus abitura; ipse est enim qui *Dei filios agit*, impellit ac ad bonum, quodque opus perficiendum reddit idoneos; *Rom. IX, 14.* Quid de eo vero dicamus, quod & ipse Christus in piis viuat, & per eosdem, quae Deo sunt grata & accepta efficiat, vt nunc, qui ante ad virtutes exercendas erant emortui, nouis viribus a capite Christo in ipsos defluentibus ad difficillima quaque colenda officia sint promptissimi. *Pbil. IV, 12. 13.* Id quod ipse Saluator amoenissima similitudine, a palemitate, viti fruiferae implantatae, desumpta, nos edocet. *Iob. XV, 4. 5.* Atque istud quoque fidei semper viventis est indeles, nunquam vt sit otiosa, sed in iis semper sece exerceat, in quibus amoris imprimis elucet pulcherrima facies. *Gal. V, 6.* Haec quae diximus luculentæ habent antiquitatis purioris testimonia, sanctissimis viris haud quicquam nuda christiani nominis confessione contentis, sed virtutis omnigenae cultum serio vrgentibus. Ita enim, vt multa alia praeteremus, vetustissimum christianorum doctorum, Clementem Alexandrinum loqui meminimus, in *Admonitione ad Gentes p. m. 76.* "Qegi oñv  
ημ̄ν.



## DE EXPERIENTIA CHRISTIANORVM.

ἥριν μένον τὸν θεοσεβῆν χριστιανὸν εἰπεῖν πλάσιόν τε, καὶ σώφρωνας  
καὶ ἐνγενῆ. καὶ ταῦτη ἔικεν τῷ θεῷ μεθ' ὄμοιόσεως καὶ λέγειν καὶ  
πιστεύειν, δίαισιν καὶ ὅσιον, μετὰ Φρενίσεως γενόμενον ὑπὸ χριστῆς  
ἵησθ, καὶ εἰς τοστὸν, ὃντος ἥδον καὶ θεῶν. Nobis ergo nunc hoc refusat,  
ut dicamus, eum solum, qui est pius ac religiosus, esse christianum, & di-  
citem, & temperantem, & generosum, & caratione Dei imaginem eum  
similitudine, & dicere & credere, iustum est & sanctum, ut qui a Christo  
Iesu factus sit, cum prudentia, atque adeo iam quoque Deo similis. Et  
paulo post iterum: Καὶ γὰρ οὐν ὁδὲ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα τῶν χριστῶν  
παδῶν. Οὓς μὲν αἱ βρελαὶ, τοῖοι καὶ οἱ λόγοι. Οποῖοι δὲ οἱ λόγοι  
τοῖαιδε καὶ αἱ περιέχειν, καὶ ὀποῖα τὰ ἔχα, τοιᾶτο οἱ βίθυνται, χρηστοὶ  
οἱ σύμπας ἀνθερώπων βίθυνται, τῶν χριστὸν ἐγνωκότων. Res ergo no-  
strae ita se habent, qui Dei affectae sumus. Qualia autem sunt consilia,  
tales quoque sunt sermones: quales autem sunt sermones, tales etiam  
actiones: & qualia sunt opera, vita talis. Bona est vniuersa hominum  
vita, qui Christianum cognoverunt.

§. II. Porro testantur litterarum sanctorum paginæ, Deum licet Deus semper  
a prima creatione feriatus sit, quod agat tamen adhuc, semper habe- agit; tum in  
re; ita Christus ipse ad Iudeos: Pater meus usque nunc operatur, & regno potest  
ego operor. Job. V, 17. Nempe non, quemadmodum aliquorum ex genti-  
tate deliria ferebant, Deus, suis saltim incumbens otiose deliciis, a  
regimine mundi, quem cum negotiis humanis temere agi voluique pa-  
tiatur, nexus causarum latentium suum vnaquaque re ordinem immuta-  
bili lege percurrente, alienus existit; sed ipse rebus a se conditis ut  
moderator praecedit, omnia nutu suo atque moderamine administrans.  
Cum iam olim virus ex insipienti sapientiae sectatoribus, Caecilius,  
in elegantissimo M. Minutii Felicis, quem Octauium inscripsit, Dialogo,  
christianum populum, diuinam prouidentiam inter primaria dogma-  
ta adserentem, foede irridet, irreligiosaque tumescens prudentia,  
religionem hanc tam vtilem tam salutarem dissoluere omnino aut in-  
firmare conaretur: At etiam, inquiens, christiani, quænam monstra,  
quæ portenta configunt? Deum illum suum, quem nec ostendere pos-  
sunt, nec videre, in omnium mores, aëlius omnium, verba dñique, &  
oc-  
cultas cogitationes diligenter inquirere? discurrerent scilicet, atque ubique  
præsentem: molestem illum volunt, inquietum, impudenter etiam curiosum.  
Siquidem adstat factis omnibus, locis omnibus intererrat: cum nec singu-

*lis inseruire possit per vniuersa districtus, nec vniuersis sufficere in singulis occupatus.* p. m. 95. 96. Octauius contra, venerabilis veritatis antistes, non minus valide hominis profani ineptias retundebat: *Sed enim, differens, actum hominis ignorat; & in coelo constitutus non potest aut omnes obire, aut singulos nosse?* Erras o homo, & falleris. Vnde enim Deus longe est, cum omnia coelestia, terrenaque, & quae extra istam orbis prouinciam sunt, Deo cognita, plena sunt? ubique non tantum nobis proximus, sed infusus. In solem adeo rursus intende, coelo affixus, sed terris omnibus sparsus est: pariter praesens ubique interest, & miscetur omnibus: nusquam enim claritudo violatur. Quanto magis Deus auctor omnium, ac speculator omnium, a quo nullum potest esse secretum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris? Non tantum cum illo agimus, sed & cum illo, ut prope dixerim, vivimus. p. m. 317. 318. Quousque ergo pertinet diuina potentia, quae quidem per totum mundum diffunditur, eousque etiam Dei actus effacissimi exporrigeret se censendi sunt; quamvis illa duntaxat nobis sint peruria, quae in regno potentiae & gratiae a Deo peraguntur. Quam vero stupenda suntilla, quae ubique locorum nobis offeruntur, opera Dei? ut non sine ratione Rex David admiratione vietus exclamat: *Quam magna sunt opera tua Ioboua?* valde profundae sunt cogitationes tuae Psalm, XCII, 6. Quis non admiretur opera summae infinitaeque potentiae, cum & ea praestare possit, quae humanae mentis, quamvis perspicacissimae, acie comprehendi nequeant. Epb. III, 20. Quis non admiretur diuinae benignitatis pariter & misericordiae opes ineffabiles, in homines indignissimos tam copiose effusas; ut proinde Paulo haec sit quaerendi enata occasio: *An diuitias bonitatis illius, & patientiae, & longanimitatis contemnis?* Ignorans, quod bonitas Dei ad poenitentiam te deducit? Rom. II, 4. Nimirum non sine testimonio se reliquit, benefaciens, coelitus nobis dans pluvias & tempora frugifera, implens cibo & lacertia corda nostra Acto. XIV, 17. Quis non exhorreat ad iustitiae diuinae severissimae demonstrationem? *Iustus enim index Deus est,* & Deus indignans toto die; & quae sequuntur. Psalm. VII, 12. Ut quae Deus pro inexhaustis potentiae suae diuitiis, agat praeterea, iam prolixius non commemoremus.

Tum in regno gratiae, & imprimis circa animam humanaum.

S. III. Quid ea vero oratione recenseamus, quae Deus in populo peculiariter sibi reposito & dilecto, quem Christi ecclesiae nomine insi-

# DE EXPERIENTIA CHRISTIANORVM.

7

in signore mos est, non minus potentissime quam gratiosissime perficit? Quae tam multa sunt, tam insignia, tantamque admirabilitatem habentia, vt nullius hominis discretissimo etiam sermone pro dignitate praedicari possint; & vt Deus vniuersas gratiae suae opes in christianam gentem collocare videatur; propterea a Paulo tantopere celebratas Eph. I, 7. II, 7. III, 17. in id videlicet Deus ipse infinitam suam potentiam adhibet, vt miseri homines ad amissam beatitudinem reducantur; quod vt fiat, operatur in iisdem fidem. Ioh. VI, 29. II. Theſſ. II, 2. Est enim excellens virtus eius magnitudo erga eos, qui credunt, iuxta operationem potentiae ipsius Eph. I, 18. 19. Quantamque potentiam Deus in resuscitatione filii sui usurpauit, tanta quoque ad producendam in hominibus fidem vtitur Col. II, 12. Et quae porro Deus operatur in fidelibus, ea operatur ex virtute, qua super omnia facere potest, pluquam abundant, super ea quae petimus aut intelligimus Eph. III, 20. Vnde & Paulus haudquaque superbe, omnia valeo, inquit, addit enim, per eum, qui confortat me, Christum. Phil. IV, 13. utpote qui in ipso viviebat, Gal. II, 20. Immo & in quae apostolus, exigente muneri ratione elaborabat, in iis certabat iuxta efficaciam Dei operantem in ipso in potentia Col. I, 29. Similiter ea est Spiritus sancti, sanctos inhabitantis, solertia, vt praesentem eum esse, ex operibus eius statim possit intelligi. Iam primo suo renatos illustrat lumine, vt sciant ea, quae a Deo donata sunt nobis I. Cor. II, 10, 12; iam ipsis instigat, excitat, impellit, diuinoque ducetu non aliter ac scientissimus morum magister per saluberrima praecepta ad vitam sanctitatem perducit. Rom. IX, 14. Psalm. CXLIII, u. iam solidissimis consolationibus animos sub variis vitae calamitatibus depresso, & anxie ad opem diuinam anhelantes lenit & erigit; vt non magis alias paracleti munus obire videatur. Psalm. LI, 14. iam mentes a contagione fœdisimiarum cupiditatum emundatas, & totas in amorem Dei exarcescentes purissima voluptate sanctissimisque delicias deliberas reddit, vt ea intimis sensibus crebro experiantur, quae nullis verborum ambagibus satis possunt exprimi. Inde deinceps exoritur illa fidei ardentes constantia: inde animi illud robur, invictum; inde & suavissima mentis summaque nascitur laetitia, qua Deo deuotae animae mirabiliter subinde efferuntur.

**§. IV.** Illa quoque fidei verissimae vis est & efficacia, ut excus-  
so inerti torpore semper inveniatur in operibus eximiis occupata; ut  
Fidei quoque  
indoles est, va-  
semper agat.  
faci-

facilius a sole splendorem & radios, quam ab infucata fidei sinceritate  
 ea queas sciungere ; nec inepte illi videntur computasse rationes, qui si-  
 dem robore suo vigentem cum spica contendunt, iam flores protru-  
 dente, in qua tam inexhausta & exuberans vndique vis animaduertitur,  
 vt, si flores illos contingat avelli aut deteri, mox noui prorumpentes  
 admirabili celeritate in decussorum succedant locum : vel qui paria  
 eam cum pomo citro facere decernunt, uno tempore & flores & fru-  
 etus ferente ; nam similem in modum fides non semper tantum optima  
 est in res praeclaras suscipiendas voluntate , sed & omnes intendit nervos,  
 vt instituta perficiat & adsequatur, quo sensu Apostolus *opus fidei*  
 hinc inde adscribere videtur. I. Thess. I, 3. II. Thess. I, 1. Cuius & pul-  
 cher est, quem praebet Philemoni, admonitus, vt *communio ipsius fidei*  
*efficax sit in cognitione boni, quod in ipsis sit, in Christo Iesu.* Philem. v. 6.  
 Quorsum vero & a sanctis viris tanta cura inculcaretur, frustra quempi-  
 am de fide gloriari, qui in retinendis voluntatis divinae praeceptis non  
 frenuam collocet operam ? *Qui dicit, cognoui illum, ex effato Iohannis,*  
*quod est, credo in illum ; & mandata illius non servat ; mendax est, & in*  
*hoc veritas non est.* I. Job. II, 4. Quo & memorabilis nostroque insti-  
 tuto praesertim inferuens sermo Petrinus spectat : *Omnia nobis diu-  
 nac virtutis ipsius, quae ad vitam & pietatem spectant donatae per cogni-  
 tionem eius, qui vocavit nos per gloriam & virtutem.* Per quae maxima  
 nobis & preccosa promissa donata sunt, ut per ea reddamini divinas par-  
 ticipes naturae, effugientes eam, quae in mundo est, per concupiscentiam  
 corruptionem. II. Petr. I, 3, 4. Huc ergo referenda sunt ornamenti  
 virtutum omnia, quibus tota hominis christiana vita honestatur & ve-  
 nusta redditur; & omnia illa officia, quae vt & erga Deum & nosmet i-  
 psos, aliosque circa nos solicite custodiamus, voluntas Dei efflagitat.  
 Quam solerter fidei diligentiam adhaerere ex eo contingit, quoniam  
 fides non tantum ad Dei Deique voluntatis agnitionem adducit, do-  
 cetque, sanctum esse Deum, & a nobis vitae quoque sanctitatem exi-  
 gere ; additis vbiique argumentis, studium in actiones decentes ponen-  
 dum, & fugam a vitiiorum turpitudine nobis persuadentibus ; sed etiam,  
 quia quae bona sunt in nobis, & a nobis peraguntur, operationes &  
 fructus sunt sancti Spiritus Gal. V, 22. quo fidei beneficio, & per ver-  
 bum fidei potimus Gal. III, 2. Potissima autem illa videtur esse ratio,  
 quod fide de gratia Dei per Christum obtenta mens hominis reddatur

cer-

## DE EXPERIENTIA CHRISTIANORVM.

9

certissima; quod cum sentit, sentit insimul mirabiles in se erga Deum excitari amores ex diuinorum beneficiorum cognitione, sensuque divini in sese exerentis amore exsurgentibus; ad quos cum adiungitur desiderium gratam se Deo praestandi, oriuntur haec, quae tam pulchra sunt in oculis etiam Dei, bona renatorum opera,

§. V. Maxima denique pars illarum doctrinarum, quae Christianorum coetus proponuntur, certas actiones constantemque exercitationem in homine respicit. Licet enim de vniuersis id quoque sit verisimum, si ad finem, ad quem iure dirigendae semper sunt, oculos flectamus; nos tamen de illis nunc loquimur praeципue, quae certas actiones in se inuoluunt; cuius generis sunt sane, quae primaria fidei christiana decreta constituant: ut quod homo totus per naturam a Deo auersus miseriaeque sua immersus sit; e qua emergere se suis viribus, quas hic nullas habet, nequaquam valeat; & proinde ipsius Dei optimi munere conualefac; quod verbo Dei monitus & percusus agnoscat ingentem, cui succumbit, miseriā, & hac Dei exercitatus gratia salutem desideret ardenter, quam cum in communione cum Deo contineri, ex euangelio paeconio audiat, ad eum se toto animo, de admisis criminibus penitissime dolores concipiente, cetera ob mundi Saluatorem, hominum peccata crudelissima morte expiantem, in bonam spem erecto, ad eum se adplicet, qui hominem eiusmodi semine verbi sui incorrupto in aliam creaturam generet, remissisque peccatis omnibus recipiat in gratiam, sancti sui Spiritus virtute vera sanctitate exornandum. Haec quidem quis est, qui in nudis hominum cogitationibus confistere, & verbis tantum efferrī, non autem re ipsa agi ausit adseuerare? Profecto cum lapsus hominis totam eius peruerserit naturam, omnesque illius vires deiecerit prorsus, morisque spirituali tradiderit Rom. V, 12. VI, 23. Eph. II, 1, 5. Coll. II, 13. ut ferali hac clade, in quam serpente auctore, praecepites nos dedimus, simus ingentibus malis inuoluti, quis non intelligit, maxima mutatione esse opus, totum similiter hominem renouante, omnesque illius facultates perfranante, si aliquantis per saltem felicitatem amissam debeat recuperare?

§. VI. Animaduertere igitur licet diuinos ubique labores, Deo vniuersi huius & singulorum hominum saluti procurandae tam strenue incumbente. Quemadmodum autem, qui in actu rerum versantur, magis neagisque experientia exploliuntur; ita fieri non potest, quin, qui opera-

B

tiones



tiones diuinæ vel in se sentiunt, vel in aliis obseruant, rerum spiritualium sanctam sibi comparent experientiam. Quemadmodum etiam, qui circa prudentiam terrenam sibi acquirendam sunt solliciti, indefessa rerum, quae hinc inde eueniunt, euentus indagine perscrutantur, memoriaeque suae mandare, & vel in tabulas, ut aliquid ne elabatur, vel revocari in reminiscientiam queat, referre solent: vel quemadmodum qui in rerum contemplatione sunt seduli, naturam omnem intentis intuentur oculis, & ea studiose sibi adnotant, quae ad causas rerum explicandas, morientum aliquod adferunt; unde tota viris eruditis experimenta & obseruationes in publicum emissas legimus, & ob insuntam eam in rem admirabilem operam merito suspicimus, rati, humanae cognitionis limites haud parum ea ratione amplificari; ita quae a Deo tam admirabiliter designantur, quid obstat, quin obseruari quoque possint ab animo ad salutarem cognitionem profecturo, vel in scientiis diuinis iam magis confirmato? Haec non fieri tantum fas est; sed ex eorum quoque numero esse censenda sunt, quae ab omnibus fieri debent. Quorsum enim dederit indulgentia creatoris hominibus sensus, quam vt ad ea, quae circa se sunt, opera diuina studiose attendant, & vt intelligent, illos veluti sibi interpres & nuncios rerum esse datos, quas cum cura obseruent? Quod quia gentes olim neglexerunt, *fatti sunt inexcusabiles.* Rom. I, 20. Quare Deus adsignaverit homini animum ad res diuinæ percipiendum idoneum, nisi vt patiatur suauissimo influxu operari in se diuinam probitatem, & ista vt mente sua retineat memoriaque comprehendat? Quare denique pro miranda in res a se conditas liberalitate ad se & omnem bonitatem suam, cum hominibus communicandam tam promptus esset, nisi vt ne & illi veluti homines extra se positi, aut saxa & stipites immobiles ad haec consistant; sed vicissim animum Deo accommodent attentum, docilem, & ad suscipienda, quibus ab ipso quotidie adficintur, beneficia paratum? Immo & illa est renatum ex Deo indoles, vt ad Deum resque diuinæ suis semper ferantur, cogitationibus eo, vnde originem ducunt, sece conuertentibus. Non ergo potest non anima, ex Spiritu progenita, res diuinæ magni facere, ad ea possidenda se cupiditatibus suis extendere, in eorum consideratione suauissimas delicias quaerere, omnemque vim animi ad res coelestes adfigere; omnino ad mentem & monitum Pauli: *Si igitur, dicentes, co-surrexisisti cum Christo, quae sursum sunt, quaerite, ubi Christus est in dextra*

DE EXPERIENTIA CHRISTIANORUM.

II

dextra DEI sedens. Quae sursum sunt sapite, non quae super terra.  
Col.III,1,2.

S. VII. Quibus positis, satis, vt opinamur intelligitur, inueniri Quod probatur vltierius di-  
in sanctis DEI hominibus spiritualem quandam rerum diuinarum expe-  
rientialiam; id quod argumentum huius dissertationis esse iussimus. Sed Considratio  
vt de veritate rei nobis tanto constet luculentius, lubet accersitis e scri-  
ptura testimoniis rem manifestam facere, vt veluti in luce posita cognoscatur facilius ab omnibus. Nec tamen multa coaceruabimus, quæ  
nobis possent esse subsidio; ea tantum, quæ memoriae nunc sponte suc-  
currunt, adferre contenti. Non sunt vero testimonia illa unius o-  
mnia generis. Est cum Paulus vota ac preces suscipit supplicatque,  
vt pii in sancta hac experientia magis ac magis proficiant; ista enim ver-  
borum ad Philippenos sententia est: καὶ τέτο ἀροσεύχομεν, ἵνα οὐ ἀ-  
γάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσένη ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ  
αἰσθήσει. Et hoc precor, ut dilectio vestra magis magisque abundet,  
in cognitione & omni sensu. Phil. I, 9. Vbi primum quidem Chry-  
sofomi explicatio, non de cognitione & experientia rerum diuinarum;  
sed de cognitione illorum, quos amore complecti fas est, intelligenda  
haec esse, quomodo valere hic ac comprobari possit, non videmus; ita  
enim eius in hunc locum habent verba: ὅτα τὴν διάθεσιν τῆς λεῖψεως,  
ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον, φησίν, ἵνα περισσένη ἐν ἐπιγνώσει, καὶ πά-  
ση αἰσθήσει, ωχί ἀπλῶς τὴν φιλίαν θαυμάζει, οὐδὲ ἀπλῶς τὴν α-  
γάπην, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἐπιγνώσεως. τετέτι, ωχί ἵνα πρὸς ἀπαντας τῇ  
αὐτῇ κεχρῆσθαι ἀγοστῷ. τέτο γάρ ἐκ ἀγάπης, ἀλλὰ ψυχεότητος  
τί ἔτιν, ἐν ἐπιγνώσει, τετέτι, μετὰ κέισεως, μεταλογισμοῦ, μετὰ τῷ  
αἰσθήσεοςθα. εἰσὶ γάρ τινες ἀλόγως φιλεῦντες, ἀστλᾶς καὶ ὡς ἔτι-  
χον ἔθεν οὐδὲ σφοδεσσος ἔνει ταῖς τειμαῖς φιλίας ἔτιν. Attende ver-  
borum dispositionem ut adhuc magis, inquit, ac magis abundet in scien-  
tia & omni sensu. Non vniuersè quamuis amicitiam, quamuis charita-  
tem admiratur, sed eam, quae ex scientia proficietur, id est, ut non ergo o-  
mnes eandem caritatem adhibeatis. Id enim minime caritatis est, sed  
insufflatissima. Quid est in scientia? adhibito iudicio, cogitata ratione,  
delectu quodam, ac sensu. Non enim desunt, qui inconsulto ac re-  
mire ament, ex quo etiam fit, ut huiusmodi amicitiae parum roboris  
habeant. Chrysost. Homil. II. in Epist. ad Philip. p.m. 1211,1212. Abun-  
de enim adparet, maxime ex iis quae consequuntur, de rerum diuina-

B 2

rum

1329313

rum & salutem hominum attinentium viuida cognitione apostolo esse sermonem, quemadmodum & aperte Syrus interpres accepit, cum verba ultima reddidit: οὐδὲν πεποιηθέντα hoc est, juxta Tremellium: *in omni agnitione & intelligentia Spiritus.* Id ergo potius verbis istis agere Paulum censemus, ut singularem erga Philippenses testetur amorem, quo motus obsecrationem supplicationemque fecerat, ut amor ipsorum, & quae ex amore ortum trahit, vitae sanctitas, magis magisque crescat in cognitione fidei & omni experientia, qua etiam atque etiam confirmari consuevit fides. *"Αἰσθετις de sensibus externis alias proprie usurpat, quorum ope res ex materia concretas, vel ceteroquin in sensus incurrentes, sentimus; sed in noto instrumento, quae cognata huius locis origine sunt, ( cum ipsa semel tantum hoc loco occurrat,) de animi perceptione usurpatur; sic cum Christus de proditione sua ad discipulos quaedam commemorasset, dicuntur ipsi ignorasse verbum hoc, absconditumque illud suisse ab ipsis: ἵνα μὴ αἴσθωται ἀντὸν, ut non intelligerent illud Luc. IX, 45. Sic ubi Paulus de perfectis agit, quod illorum sit cibus solidus, qui per habitum εἰσηγήσας sensus exercitatos habent ad diudicationem boni & mali Ebr. V, 14. manifeste ista de animi perceptione sunt exaudienda.* Hoc ergo in loco precatur Paulus Philippensibus suis, ut in salutari cognitione incrementa identidem habeant, & quae ipsis obiectae sint res, eas non quoad verba tantum verborumque notiones, animo insigant suo, sed ut expertiores quoque intima perceptione capiant, vocalis quoque subesse veritatem ipsam.

Consideratio  
loci Rom. V,  
3-4.

§. II. Alio in loco ostendit, quaenam ad pariendam sibi experientiam occasio, vel, si mauelis, causa existat: Haec enim ipsius verba sunt: εἰδότες ὅτι ἡ Θλίψις ὑποουρνὴ κατεχάζεται. ή δὲ υπομνήματα. Scientes, quod afflictio patientiam operatur. Patientia autem probationem. Rom. V, 3, 4. Patientiae tribuit, quod operetur experientiam. Illa vero in hoc loco intelligitur patientia, quae toleranter, quae virgine adversa, sustinet, malis nequaquam cedens; quam dicit apostolus experientiam operari; δοκιμὴ non probationem significat, ut virtuose reddidit translatio vulgata; sed id quo terminatur probantia actio, quodque experientiam vocari moris est; quo sensu & Paulus ad Corinthios scribit: *Ad hoc enim etiam scripsi, ut cognoscam probationem vestram, num ad omnia obedientes sitis. II. Cor. II, 9.* Quasi diceret,

diceret, vt ipsa experientia edocerer, num dictis meis morem gerere sustinueritis. Sic & eleganter alibi: *quoniam δούλων γνώτερος documentum quacris loquentis in me Christi II. Cor. XIII, 3.* videlicet periculum videbantur facturi Corinthi, quid rerum incepturnus esset Paulus, cum eos accederet, & numquid, cum epistolas scribens tanta vehementia inueheretur, coram eriam experimentum sui daret, loquentis in se Christi. Additur vero ab ipso aliquando afflictionis etiam voci, *vt cum ecclesiarum in Macedonia iniicit mentionem, in multa probatione afflictionis, tamen ingenti gaudio ipsos correptos testatur II. Cor. IX,* 2. unde oppido liquet, de experientia hic ipsi sermonem esse, qualia valent, qui saepe vel aliquid agunt vel patiuntur. Quamvis nobis videatur, nec illud esse negandum, amplius hoc loco aliquid intelligi, nempe id, quod experientiam illam consequitur, iustum scilicet rei exploratae pretium, iustusque habitus; non aliter ac qui aurum & argentum tractant artifices, igni explorare metalla solent, vt certiores nimirum fiant, numquid pura sint utique; an adulterati quidpiam & minus genuini habeant admixtum. Quae causa est, cur Hugo Grotius hanc δουλειὴν per explorationem sui interpretetur, *cum patiendo, ut sit, discat homo vires suas.* In Annotat. in Rom. V, 4. apud Caluiron in Bibliis Illustrat. Tom. II. in Nov. Test. pag. 90. Iam eiusmodi experientiam Pauli iudicio operatur patientia. Cum enim animus robore suo obfirmatus duro afflictionum onere premitur, multa dicit, quae olim non bene habebat perspecta; dicit enim uero tum quid sit quod dicitur afflictio, quam vehementer impetatis animatum, quam profunde pertinet recedentes quam maxime sensus; quam non ferendum videatur aliquando esse pondus: tum quas vires habeat ad succollandum oneri idoneas; & vt saepe admodum de se melius aequo sperent homines; adeo ut, qui rebus secundetur, euntibus sibi videbantur heroes intrepidi, accessu confessim fortis aduersae mollescant, animumque despondeant; tum denique quam saepe vsu & adsuertidine calleat mens, cum primis diuino praesidio forties subleuata, vt quae sibi antea videbantur plane insuperabilia, ex facilitiam porter, iisdemque euadat superior. Quocirca sapienter dictum est a Siracide: *Vir eruditus nouit mulca, & peritus enarrabit intelligentiam.* Multa vide in aberratione mea. Qui non tentatus est panca seit, qui vero seductus est, multiplicabit soleriam. Sirac. XXXIV, 9, 10.

9, 10. Accedit, quod, tum ipse, tum alii clarissime perspiciant istis in casibus, haec qui fortiter, animose & constanter fert, nequaquam ad hucusque inanem modo virtutis & pietatis prae se tulisse imaginem, in mediis periculis euangelicentem; sed strenuum impavidumque adfuisse semper pectus, quod spectandum omnibus exhibuerit vim animi nullis laboribus nullisque malis frangendum. Non aliter ac qui militiae nomen dedit, post edita varia fortitudinis imperterritae specimina fortissimi bellatoris adpellationem reportat; tales qui sunt illi demum δοκιμοί, quod est, probati dicuntur, quasi dicas, exploratae virtutis ac constantiae viros; quemadmodum talis ut esset, auctor suaforque Timotheo erat Paulus; sic enim ad eum scribebat: *Diligens es tu, ut te ipsum probatum sis a Deo operarium non pudendum, qui recte fecerit verbum Dei.* II. Tim. II, 15. Alibi vero qui sint isti, expressis magis coloribus delineantur: *non est regnum Dei cibus & potus; sed iustitia, & pax & gaudium in Spiritu sancto.* In his enim seruens Christo, bene placet Deo, & hominibus probatus est. Rom. XIV, 17, 18. Talis erat Apelles egregius Christi seruus, δοκιμος probatus in Christo. Rom. XVI, 10. Denique eo ipso, tum pia mens vitae huius aduersitates sustinendo exsuperat, multis argumentis de praesentissimo Dei adiumento, deque mira Dei potentia, quae maxime in infirmitate perficitur. II. Cor. XII, 9, redditur certior, ut sit persuasissima, se quoque ad Dei curam peculiariter pertinere; illum vero tandem fidelem se praefovere tentatis, ut non finat ipsi evenire quidpiam supra id quod possunt faciat que cum tentatione existit, ut possint sufficere I. Cor. X, 13. Oritur ergo experientia illa christianorum ex tolerantia, incidentes molestias omnes triumphante. Nam quod contrario ordine Iacobus fideli operationem operari scribat patientiam, Iac. I, 3. in eo haud quam a Paulo disfidet; cum in fontibus loci Iacobei vox δοκιμον extet, quae experimentum sive explorationem innuit, a Deo factam; velitque in eolo apostolus ipsam oppressionem hoc vocabulo ab effectu describere.

Consideratio  
Ps. XXXIV, 9.

§. IX. Alibi excitantur homines, ut sacram hanc experientiam sibi concilient. Illustris est locus Psalm. XXXIV, 9. טָהוּ וְרֹאֵי כִּי concilient. טָהוּ וְרֹאֵי כִּי אֲשֶׁר־זָהָרַן הַגָּבֵר וְהַסְּדָרָן Guilate & videte, quod bonus & Iehova: *beatus vir qui confidit in eo.* Meditatus erat David hanc cantionem eo tempore, cum Saulis effugiens insidias ad

ad Philisteorum Regem, quem communis omnibus regibus nomine Abimelechum, suo autem Achim vocabant; deinceps autem conficta dementia veluti emotae vir mentis expulsus vitaeque discrimine eruptus esset. Tum enim suae pietatis esse arbitrabatur, hoc beneficium non tantum memori animo; sed & deuotissimo nunc cantu celebrare; in quo cum primum sui ipsius studia ad concinendas diuinis laudes verbis declarasset, & sibi similes ad deferenda Deo praeconia euocasset, ea enarrare aggreditur beneficia, quae Deus recenter sibi praefliterat; inter quae & Dei extollit praesidium, quo sua saluti, adposita sanctorum angelorum custodia, consuluerat; id moris esse Deo, ut suos in periculis euidentissimis protegat; angelum enim Dei castra ponere circa pietatis amantes, & illos eripere. Vnde conuersa ad sanctitatis studiosos, immo ad omnes homines oratione, gustate, inquit, & vide quod bonus sit Iehoua, & quae sequuntur. His verbis non corhoratur tantum pios ad sacram sibi comparandam experientiam; sed & elegantem meditationem, tanquam id, quod ex praecedentibus consequatur, adiungit. *Gustate*, inquit: Ebraica vox **בְּרַעַת** de iis vtique usurpatur, quae lingua & palato, hoc est, gusto percipimus; ut cum dicitur *I. Sam. XIV, 24.* Non gustavit universus populus panem. Transfertur autem insigni figura ad intelligentiam hominis, vt idem hoc loco sit, ac experire, percipere, ad iudicij lancer expendere, ac denique frui; quo sensu *Prov. XXXI, 18.* de femina dicitur **תִּשְׁפֹּת**, sentit, intelligit quod bona mercatura sua. Alterum verbum **וְאָנָה** de visu corporis alias frequens, figurate itidem sumatum, hoc loco idem est ac animaduertere, cognoscere & obseruare; quamquam cur propriam significationem plane excludamus, non sit ratio; omnino enim & oculis lustranda atque adnotanda sunt quae Deus ad testificandam bonitatem suam adversus homines praefstat. Illud vero quod percipiendum & obseruandum venit, est Dei bonitas. *Quod bonus sit Dominus.* Est sane bonus Dominus, quod saepe adseuerat David *Psalm. XXV, 8. LXXXVI, 3.* Immo *nemo est bonus, nisi unus Deus. Matb. XIX, 19.* cuius imprimis omnes homines vberat fouetque benignitas. Intelligitur hic ergo summa Dei munificentia, quae largissima manu suas in homines erogat opes, non in eo tantum, quod ipsis per creationem id tribuerit, ut sint aliquid, sed quod ipsis etiam nunc conseruet multiplicique felicitate cumulare non desinet: quod aliis in locis non minus elegantissimi.

mis.

mis verbis confitetur כי שמי וארוך שם נ' : אָרוֹן לְעוֹלָם כִּי שֵׁם יְהוָה וְאֶתְנָה שֵׁם כִּי שֵׁם יְהוָה סְמִיךְתְּבִרְתָּךְ תַּחֲנוּן כִּי שֵׁם יְהוָה חָסָרְךָ : confitebor tibi in aeternum; quod feceris; & ex-  
pectabo nomen tuum, quia bonum est coram sanctis tuis Psalm. LII, 11.  
וְאַתָּי קָרְבָתְךָ אֶלְחָזָם לְטוּבָךָ : Me vero quod attinet; propinquitas Dei  
mihi bona cf. Psalm. LXXIII. 20. Accessit ergo vir rerum diuinuarum cal-  
lentissimus, & nouo exemplo de probitate erga se Dei egregie confirma-  
tus, vniuersum mortalium genus, vt suo discant exemplo, & ipsi quo-  
que experiantur proprio, quam non sint vana & inania, quea de Deo  
& eius beneficis in litterarum sacrarum monumentis differuntur; sed  
in re ipsa posita, vt velut sensibus possint percipi: pulchre admodum  
in hunc locum differit Iohannes Cocceius Tom. II, oper. p. m. 147. Cu-  
ius proinde hic non pigebit adscribere verba: O homines brutos, cum  
non amant, eum non querunt, non stiunt & esuriunt, cuius bonitatem  
gustare licet & videre! videre, quia patent effectus. Gustare, quia nul-  
la ratio admittit, quin illa sunt summae bonitatis effectus. Non tan-  
tum species in factis est sincera, sed probanti penetrantique plenam sac-  
ramque suavitatem inuergunt, caritatemque Dei insinuant. Vide, se  
gratus esse velis, vt beneficia Dei non obiter transmittas, sed ita peneres,  
vt laetitia animus tuus perfundatur, vt gratiae Dei veluti formam im-  
pressam oculis habeas: denique vi in iis, quae in hoc mundo a  
Deo nobis praebentur suauia & iucunda, praelibemus gaudii immarefo-  
bilis & gloriose, quod est in fruitione Dei ipsius, suavitatem ac dulcedi-  
nem ineffabilem, & ad eam sciendam efforamur. Subiicit denique  
Dauid elegantem meditationem, qua concludit ex iis quae dixerat;  
beatos illos esse qui se Deo permittant. Beatus vir qui confidit in eo.  
Dicere vult: quod si tanta Dei est bonitas, vt ab unoquoque possit  
percipi, quid deerit vero ad plenisimam illorum beatitudinem, qui to-  
tos se Deos tradunt in clientelam, & confisione animi firma in Deum  
recumbunt, ab eodem bonitatis illius suae clarissima expectantes testi-  
monia. Haec verba Dauidis repeatit Petrus, cum sanctos ad dulcis-  
simi euangelii doctrinam, verbale ac sincerum lac desiderandum, in-  
quo crescerent, adhortaretur, siquidem gustatis, inquiens, quod benignus  
fir Dominus I. Pet. II, 3. Quis enim eo verbo, tanquam suauissimo  
potu, inebriari non velit, quo Deus ipse se communicat, vt possint per-  
cipere omnes maximis, qui diuina gratia potiuntur, frui deliciis, claris-  
sima luce, summa tranquillitate?


§. X.

§. X. Plura huiusmodi inueniuntur in scriptis Paulinis *II. Cor.* Consideratio *XIII*, 5. scribit apostolus ad Corinthios: ἐαυτὸς πειράζετε, εἰ ἔσται ἐν loci *II. Cor.* τῇ πίστε, ἐαυτὸς δοκιμάζετε. οὐδὲ ἐπιγνωσθετε ἐαυτὸς, οὐδὲ μηδέ τοις χρι- *XIII*, 5. σός ἐν ὑπὸ ἐστιν; εἰ μὴ τιαδύναμοι ἔστε. *Vos* ipsos tentati, num sitis in fide, vos ipsos probate. *Aurum* num non cognoscitis vos ipsos, quod *Iesus Christus* in vobis sit? nisi reprobis estis. Horum verborum qua sit sententia, ut constet clarius, occasio notanda est, quae apostolo, ut illa Corinthios iniungenter, subministrabatur: videbantur de muneri, quod gerebat, auctoritate subdubitare, & experimentum aliquod specimenque Christi, per apostolum loquentis, praefidenter exposcere, quod inuitur v. 3. Atqui, inquietabat Paulus: *Christus non imbecillus est inter vos, sed potenter operatur in vobis;* non miracula tantum insignia designando; sed alia quoque dona Spiritus sancti elargiendo; quibus ea praestabat, quae facile potentiam Christi sublimissimam coarguebant; quemadmodum & ipse Paulus cum Christo viuens satis ostentabat Corinthios, diuina se esse praeditum virtute; se modo excuterent explorarentque, num sint in fide? se ipsos probarent, numquid enim non se satis noscent, quod *Iesus Christus* ipsius inesset? quod nisi esset, iam reproborum numero forent adgregandi. Vbi per fidem, eam nonduntaxat intelligit, quae religionis christiana dogmatibus absolutur; sed & cumprimis illam, qua oblatam salutem amplectimur; in hac fide sunt omnes, qui sincere se in Christi dederunt disciplinam; & vti fides ipsa est diuinae operationis fructus, diuinaeque potentiae documentum eximium; ita qui ea a Deo donati sunt, haud difficulter posunt in ipsis experiri diuinam virtutem; quod ut fiat, apostolus poscit Corinthios, ipsos cohortatus, ut tentent fidei, siue explorent. Sicut enim qui alterius vult expiscari mentem, variis eundem tentat quæstionibus, quod a Pharisaorum gente aduersus Christum saepe factitatum esse, evangeliarum nos docent relations *Matth. XIX, 3. XXII, 18. 34. Luc. XI, 16. Ioh. VIII, 6.* Et Christum ipsum hac ratione tentasse suos discipulos, auctor est Iohannes. *Ioh. VI, 6.* Eundem in modum periculum, cui hic facere iubet Corinthios Paulus, numquid fides apud se egredit radices? Addit vero porro: *Probate vos ipsos. δοκιμάσετε,* hoc est, probare, illorum existit, qui, ut supra monuimus, an res iustum habeat valorem, exquirunt, *Ioh. I, 12. Luc. XIV, 19. 1. Tim. III, 10. Sir. II, 5.* Quod sine instituto examine nequaquam fieri potest. Praecipit ergo

Paulus, ut diligenter in se descendant Corinthii, ea obseruaturi, quae in iisdem agantur, ut nempe certi euadant, se esse apud Deum in gratia, quod alibi *suum opus probare Gal. VI, 4.* vocat. Nonne enim, pergit apostolus, *sentitis Christum in vobis esse.* Est sane Christus in creditibus per fidem, *Eph. III, 17.* At ille ubi est, non latet otiosus in obscurio, verum semper viuit, semper agit, ut Paulus non tam ipse quam Christus in ipso viuere videretur; *Gal. II, 20.* Christusque sit vita hominis fidelis *Col. III, 4.* *Phil. I, 21.* Ita quidem, ut iam ad peccata mortuus in exsequendis christianaee vitae officiis strenuum se exhibeat. *Sic enim Christus in vobis est,* ait alibi apostolus, *corpus quidem mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita propter iniustiam Rom. IX, 10.* Qui enim Christum receperunt, (id quod fide fit, *Ioh. I, 12.*) eos & in ipso ambulare deceat, radicatos & superaedificatos in ipso, & firmatos in fide, sicut edocti sunt, abundantes in eo cum gratiarum actione. *Col. II, 6, 7.* Nisi, ut habent ultima apostoli in hoc commata verbâ, *reprobi estis;* christiani videlicet adulterini, nomine mentientes Christi discipulos, a re ipsa remotissime positi. Ex aduerso, si Christi, in se operantis, ipsi vestigia persentirent, praefato erat concludere, quanta sit Paulus exornata virtute, qui eos ad fidem adduxisset. Quae Fridericus Balduinus, grauissimus scripturae interpres, in hunc locum commentetur p. m. lubeat hoc adponere, quia rem egregie illustrant: *Virtutem Christi, qui in cordibus fidelium habitat, in vobis ipsis experiri potest.* Is enim fidem in vobis operatur, quam ex mortibus Spiritus sancti, ex precibus, ex consolatione efficaci, ex fbe viua animadverte & probare potestis, nisi prorsus reprobi facti esis, & nisi per impoenitentiam vestram fidem & Spiritum sanctum amissitis, in his enim virtus quoque Christi operari desit. Ceterum, quae hic monuit apostolus, hacc monuerat iam pridem, cum de salutari sacrae coenae usurpatione differebat *I. Cor. XI, 28;* nec opus est, iisdem ut inhaeramus.

Confederatio  
loci Ebr. VI,  
45.

§. XI. Sed praeterire non possumus insignem quam maxime, locum, in quo luculenter, si vsquam, ista traduntur. Casus enim ponitur, qui contingere sane posset, ut qui in rebus diuinis fuerant, experientissimi, tamen diuina exciderint gratia. Habetur vero *Ebr. VII, 4, 5.* ἀδύνατον γάρ τις ἄπαξ Φωτισθέντας, γευταιμένος τε τῆς δωρεᾶς τῆς εἰπερενίας, καὶ μετόχες γενηθέντας πνεύματος ἀγίου, καὶ

καὶ λὸν γενσαμένος θεῖος ἥγμα, δυνάμεις τε μέλλοντο αἰῶνα, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακανίζειν εἰς μετάνοιαν. Hacc ex Latina Sebastiani Schmidii versione, quam & semper alias sequimur, ita se ferunt. *Impossible enim est, eos, qui semel illuminati sum, & gustaverunt donum supracœlestis, & participes facti sunt Spiritus sancti. Et qui bonum gustarunt Dei verbum, virtutesque futuri seculi, & prolapſi sunt; iterum renouari in poenitentiam.* Ante omnia autem mirari hic subit, viros inueniri ceteroquin non indoctos nec insulfos, qui haec omnia, non de eo qui verae fidei compos factus erat, sed de hypocrita, simulacrum saltem fidei christiana habente, praedicari adfirmare audent; quae interpretandi ratio si valeat, ut aliquis clarissima scripturae dicta in suae sententiae fauorem, quamuis ea sit absurdissima, & horrendum contineat dogma, praeter omnem rationem confidenter peruerat, nescio equidem, quid scripturae interpres sibi non posset permittere. Clamat orationis contextus, clamant omnes loquendi modi de christiana experientia loqui apostolum, & eorum, quidem, qui vere fuere regeniti; sed lapsu temerario diuinam gratiam excusserunt. Primum ergo memorat, *semel illuminatos*, quod Syrus quidem interpres de baptismo accepit, cum reddit,  qui semel ad baptismum descendunt, ex versione Tremellii. Nec igitur nomen est, scripta Clementis Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, Chrysostomi, Dionysii Ariopagite euoluentibus veteres Φωτισμοὶ nomine intellexisse baptismum, cuius adpellatio eam reddit rationem Iustinus Martyr *Apolog.* II. p. m. 94. οὐ Φωτιζουσίων τὴν διάνοιαν τὰντα μαθανόντων. Vocatur lauacrum hoc illuminatio, quod eorum, qui hanc discunt, menses illuminantur. Pachymeres vero in *Cap. III.* *Dyonis. Ariopagit.* de *Hierarch. Eccles.* p. m. 262. *Solum baptismum*, ait, *Φωτισμὸν appellari*, cum tamen, & aliae diuinæ operationes illuminent διὸ τὸ ἔναντι ταῦτην πασῶν τῶν θείων Φωταγογιῶν ἀρχὴν, quid sit omnium diuinarum illustrationum principium. Hoc tamen in loco cur non & de aliis illuminandi mediis simul accipiatur, quid est vero; quod prohibeat? præfertur cum doctrina salutaris & cognitio Christi, saepe quoque in sacris lucis nomine veniat. *Luc. XVI, 8.* *II. Cor. IV, 6. Eph. V, 8. I. Thess. V, 5.* Fuerunt ergo, de quibus aposto-

Io sermo est, vere illuminati, vt discussis intellectus tenebris, res diuinatas mente comprehendenterint; haec enim vocis *ἀναζήτησις* vis est, vt non tantum vnitatis sit nota, sed & adseuerandi & veritatem exprimendi habeat usum, vt fit *I. Petr. IV, 10. Iud. v. 3.* quod Salomoni Glasio iam pridem notatum est *Philolog. Sacr. Lib. III. Tract. V. Can. XIV. p. m. 710.* gustauerunt porro donum *supracœlestis*, per quod cum aliis suæ gentis auctoribus Theophylactus remissionem innui exstimat peccatorum *Comment. in Ebr. VI, 4. p. m. 924.* Sed magis est, vt eiusmodi intelligamus donum, quod e coelo profectum descenderit, in has terras; quod quale sit, nemo dubitat, qui nouerit, Christum esse, qui e coelo veniens *Iob. III, 31.* datus est mundo *Iob. III, 16.* Quem gustarunt, cum eius facti participes *Ebr. III, 14.* eumque induentes *Gel. III, 27.* totum lucifecerunt *Phil. III, 8.* diuinamque eius virtutem & efficaciam in se sunt experti. Sed & *participes facti sunt Spiritus sancti*, qui credentibus donatur, vt non aliter ac in suo templo in ipsis commoretur *Rom. IX, 9. I. Cor. III, 16. VI, 19.* Effunditur autem in fideles, ipsos vt regeneret, illuminet, renouet & sanctificet, *Iob. III, 5. 6. Tit. III, 5. 6.* vt ipsos dirigat *Rom. II, 14.* & seu pignus aliquod & arrha ipsos in cordibus suis obsignet, & de salute persuasissimos reddat, *II. Cor. I, 22. V, 5. Eph. I, 13. 14.* Bonum quoque gustarunt Dei *verbum*; verbum scilicet quod continet promissiones illas iucundissimas, quibus gratia Dei salutaris, cum omnibus beneficiis, a Christo Salvatore partis, piis omnibus offertur. Quemadmodum vero *euangelium potentia Dei est ad salutem omni credenti*, *Rom. I, 16.* quemadmodum viuens est verbum Dei, & efficax & secantius omni gladio arcepi: Et perringens usque ad divisionem animae ac spiritus *Ebr. IV, 12.* ita vim quoque eius quid mirum est, si senserint in se illuminati? Denique & *virtutes futuri seculi gustarunt*. Futurum seculum huic, quod nunc viuitur *Gel. I, 4. Eph. I, 21. VI, 12. I. Tim. IV, 10. Tit. II, 12.* opponitur seculo; & quando ita absolute est positum, aeternitatem significat, ut quando Christus ab apostolo super omnia potestatem dicitur *acepsisse*, non tantum quod in hoc seculo nominatur, sed & in futuro *Eph. I, 21.* Ut & Petrus, de verbo Deo differens, permansurum illud esse ait *εἰς αἰώνα in aeternum I. Petr. I, 21.* Et huius seculi *degustarunt virtutes*, non imaginem saltem aliquam, & euaniam speciem, sed rem ipsam perceperunt. Sunt autem illæ virtutes Dei ipsius, potentissime olim

olim in electis operatur : quanquam & nihil obstar, quo minus in hoc loco diuinae virtutis effecta simul intelligantur ; quia hac nomenclatura solent alias etiam gaudere, ut in illis Pauli Gal. III, 5. qui ergo in nobis ministrat Spiritum, & virtutes in vobis operatur. Huc pertinent & Petri verba, superius iam ex parte laudata ; sed hic non prater rem repetenda II. Petr. I, 3. Sicut omnia nobis diuinae virtutes ipsius, quae ad vitam & pietatem spectant, donatae per cognitionem eius, qui vocavit nos per gloriam & virtutem. Quacunq; sunt autem illa , quae manent sanctos in vita aeterna, iphius Dei potentia efficienda ? Gaudium ineffabile & glorificatum I. Petr. I, 8. solatum ineffabile Luc. XVI, 25. arctissima cum Deo & Christo Salvatore uno Iob. XVII, 21, 22. Atque horum in intimis iam medullis praegustum habuerunt in hac vita, ad sanctissimas delicias ex gratiosa Dei operatione admissi. Summa ergo illorum, quae dixerat apostolus omnium, huc redit : esse qui huic diuinae toti collustrati & bonorum coelestium vere facti sunt participes, suauitatesque diuinis in intimis sensibus experti ; usque adeo, ut demum in coelorum penetralia intromissi, quae Deus operatus optimus est in beatis suis, in animabus iam praesenserint.

§. XII. Non lubet ulterius insisterem scripturae testimonii, ref. Probatur certitudinem adstruentibus, quorum quidem longe maior ad manus iam exemplis esset copia, si nunc in animo esset, scripturae interpretari oracula. Vt: Iacobi, Davide tamen erit, nonnulla eorum sistere exempla, qui multis experimentis circa res diuinas fuerint erudit, quod ipsi de se libenter confitentur. Iacobus benedicturus nepotibus suis, singularem depraedicat Dei erga se curam ac solitudinem, quam per totum vitae suae cursum factis fuisse expertus, Deus, inquit, coram quo ambularunt Pates mei, Abrahamus & Isaac, Deus, qui pauit me, ex quo sum usque ad dictum hunc Angelus, qui redemit me ex omni malo, benedicat pueris, ut vocetur in his nomen meum & nomen Patrum meorum , Abrahami & Isaaci, crescat que in multitudinem in medio terrae. Gen. XLIX, 15, 16. Quantam pastor in ouem vienicam solet conferre curam II. Sam. XII, 3. eo studio Deum quoque semper memorat se fuisse complexum. Ex quo facile constat, quam multa amoris, prouidentiae, gubernationis singularis in auerruncandis periculis, in sufficiendis solatis ; & denique in praefanda sibi laetitiae diuinae occasione specimina obseruare potuerit Isaacus, semper aduersus alios depraedicanda ; & verissimam fuisse promis-

sionem illam: *Ecce ego ero tecum, & custodiam te in omni loco, quo abiueris, reducamque te ad terram hanc: quia non deseram, usque dum fecero, quod locutus sum tibi.* Gen. XXIX, 15. Non minora sunt, quae expertus est Dauid, tum in se ipso, quae erant admiranda; tum & in aliis, sibi quae facta essent, a Deo, in intimis percepta animae, quae cum consideraret, non poterat non exclamare **לֹךְ שָׁמָעַ וְאָסְפֵּה חֶדֶשׁ כָּל נִפְשָׁתָךְ** *Ite, audite & emittite, o-mnes timentes Dei, quae fecit animae meae.* Psalm. LXVI, 16. Qualia vero erant illa, quae animae ipsius praestiterat? de iis saepe loquitur in psalmis: erat, cum anima Dauidis infernalibus adfligeretur dolotibus, ut ipse sibi a Deo videretur ad perpetua tormenta damnatus, qua de re subinde conqueritur Psalm. XLII, 7. LXXIII, 26. LXXVII, 3. maxime Psalm. LXXXIX, 4, 15. Sed Deus tamen gratoe iterum eidem subueniens, dulcissimo solatio eiusdem animam morore deiecit, demulcebat, quod ipse commemorat: *Iehova pastor meus; ideo non carebo re villa; nam in pascuis herbois cubare faciet me;* & ad aquas quietum deducet me, his ille animam meam recreabit Psalm. XXIII, 2, 3. & alibi praecclare auxilium Dei celebrat: *Iehova ascendere fecisti ex inferno animam meam, vivificasti me ex descendentiis infernum.* Psalm, XXX, 4. Circumdederunt me funes sue dolores mortis, & angustiae inferni inuenerunt me; angustiam & tristitiam inueni. Sed nomen Iehovae inuocaui, dicens: *quaeso Iehoua eripe animam meam, gratus es Iehoua, & iustus es Deus noster misericors, custodiens & simplices Iehoua;* quoniam itaque altera, tua me seruat. Ideo reuertere anima mea, in quietes tuas, quia Iehoua tibi retribuit. *Liberasti namque animam a morte; oculos meos a lacryma; pedes meos ab impulsu.* Psalm. CXVI, 3-8. Erat cum anima Dauidis vehementissime ardentissimeque Deum desideraret, hoc est, in eius veluti amplexis solatio sumari, & voluptate ex unione, cum Deo oriente gaudere, verbo; praesentia diuina frui, concupiscere; Vnde verba illius desiderii, sanctissimi plenissima. Psalm. XLII, 1, 2, 4. *Sicut cervus vociferatur super riuis aquarum; sic anima mea vociferatur ad Te, Deus.* Sicut anima mea Deum, Deum vivum: dicens, quando venero, vi videar coram faciebus Dei? facta est mihi lacryma mea paus diu noctuque: dum dicitur ad me toto die, ubi es Deus tuus? Haec memorabo & effundam super me animam meam. Eadem ratione Psalm. LXIII, 1, 2. Deus, Deus meus es, mane quaero te, sicut anima mea tibi;

tibi; desiderat te caro mea in terra siccitatis, & ubi lassus sum sine aquis.  
 Sed erat quoque, cum Deus animam Davidis se ipso atque secum summa laetitia summaque tranquillitate impleret; unde hac eius verba:  
*In Iehova gloriabitur anima mea: audient humiles, & gaudebunt Psalm.*  
*XXXIV, 3. Adhaeret anima tibi, me autem sustentat dextra tua Psalm.*  
*XXII, 9.* Quae vero adversus alios Deus egerat, non minus studiose  
 animaduerterat David. Vnde experientia edoctus, tum quae piis, tum  
 quae impiis euenerant, exponebat: *Puer fui, inquiens, etiamque con-*  
*seniū; sed non vidi iustum derelictum aut semen eius quaerens panem.*  
*Psalm. XXXVII, 25.* Longana hic allegat experientiam; quousque  
 recordari poterat praeteriti temporis spatium, inde a pueritia usque  
 dum grandacius factus esset, multa quidem euensis, obseruatu dignissima,  
 non meminisse se tamen, iustum, qui in Deum omnem desigit a-  
 nimi fiduciam, iustitiaeque & pietatis indefesso studio tenetur, a Deo de-  
 stitutum, & sine auxilio relatum fuisse; quamvis negari neutiquam pos-  
 sit, in calamitatis aliquando ingentes eiusmodi pium illapsum; nec me-  
 minisse quoque, semen eius, utcunque temporis iniquitate eo adactum,  
 vt panem aliquando ab aliis petere cogeretur, penitus a Deo abiectum,  
 veluti quod sua ope denique subleuare nollet, quod promiserat Deus &  
 Iacobo *Gen. XXVIII, 15.* Nam sic nobis conuenientissime videtur esse  
 locus explicandus, vt ad ultimum membrum repetatur id, quod paulo  
 ante praecesserat, cum alias videretur David innuere, non se obserua-  
 se, quod tamen ipse expertus erat, vt virgente fame & penuria tum ab  
 Ahimelech sacerdote, *I. Sam. XXI, 3.* tum a Nabale *I. Sam. XXV, 8.*  
 panem sibi posceret suppeditari; id quod a praefatissimo scriptu-  
 rae interprete Martino Geiero iam monitum est hoc loco p. m. 618,  
 licet Simeoni de Muis videatur aliter *Comment. in hunc locum p. m. 181.*  
 At vero obseruauerat & longo rerum usu impium violentum, & vire-  
 scensem sicuti laurum viridem: cum vero quis praeteriret; ecce non erat  
 amplius ille, quae siquise se quidem cum, sed non esse inuentum *Psalm.*  
*XXXVII, 35, 36.* Hoc quippe & saepissime sibi esse cognitum, homi-  
 nes feros nullius religionis, qui huic vni rei studuerint, vt alios vio-  
 lenter supprimerent, felicitate mirum in modum efforuisse, rebus o-  
 minibus copiose adfluentibus; non aliter ac laurus-virescentibus foliis  
 pulcherrime se esse effert, vt uno omnium ore, felicissimi viderentur esse  
 praedicandi; sed breue id generis fuisse gaudium; cum euentus docue-  
 rit;

rit, eos qui modo rerum potiebantur, quos respiciebant omnes, a quibus fortunae suae incrementum expectabant, quosque propterea obseruabant solliciti; quorumque auctoritate demum agebantur omnia, euauisile veluti, vt nec vestigia quidem illorum adpareant villa; prorsus vt miram Dei prouidentiam super homines tam pios quam impios observatam esse a se scribit: *Psalmi LXXIII, 1. seq.* Manassis, Regis Iudee, faciemus hic quoque mentionem, qui cum antea vita surpissime acta & horrenda idololatria iram diuinam in se concitasset, tam ferox, tam obstinatae malitiae, vt verum Israelis Deum plane haberet insuper; neox in determinam crudelissimamque seruitutem abductus, & pessime habitus; cum ad saniorem mentem rediisset, & coram Deo humili mente se prostrauisset, exauditus ab illo est, & restitutus in dignitatem pristinam, & tum sane cognovit, ac re ipsa expertus est, quod *Iehova esset Deus II. Chón. XXXIII. 13.* Quid vero de Paulo dicamus? qui cum a Christo ipso esset edocitus. *Gal. I, 11.* postmodum tum incomparabilibus, quibus ipsum dignabatur gratia diuina, beneficiis; tum & ingentibus afflictionibus, quibus frequentissime collabatur, mirifice ex ipso vsu circa ea quae edocitus erat, est confirmatus; quod ex *Aétor. XXVI, 22. II. Cor. XI, 22. seq. II. Cor. XII, 2.* *H. Tim. IV, 17, 18.* patet. Hinc illa fidei tam ardentis, quae in ipso eluxit constantia, hinc illud animi robur invictum, hinc illa mentis altitudo, hinc illa summa laetitia, qua mirabiliter efferebatur, nonnunquam nasciebatur. Hic vero non possumus, quin ex doctissimi viri, Hieronymi Osorii, relatione de iuuenie quodam Ebraeo, sacra christianorum amplexo, quedam adponamus, ad illustrationem rei, de qua agimus, apertissima; docent enim egregie, quantam in re christiana adeptus sit experientiam. Ita vero sermonem illius repetit de *Sapientia p. m. 293.* *Idem semper eram: idem sentiebam: nulla vnguam mibi lux ob oculos affulgit: nullum fuit vnguam mibi solatium in rebus aduersis allatum: nullum in angoribus alleuamentum.* Animus vero semper exilis, semper aridus, atque icinus in eadem molestia, atque fastidio permanebat. Nihil postremo cognitione comprehendere vnguam potui, quod non cuius in mentem venire potuisse: contra vero multa sum valde surenter opinatus, que in nullius hominis sanationem cadere potuissent. At postquam diuini spiritus adpulsa me ad Christi nomen adiunxi, Christe sanctissime, quis mibi splendor illuxit. Que vidi. Que percepit. Que mente & ratione

ne complexus sum. Quia letitia & voluptate perfusus. Ita mibi Deum meo salutis auctorem propitium velim, vt interdum dubitem, an fidem rebus diuinis habeam. Nam si fides (vt multi definunt) est credere quod negque sensibus, neque ratione percepitur, equidem omnia, quae christianorum disciplina credenda proponit, me cernere puto.

§. XIII. Liquet ergo ex iis, quae allegauimus, dari apud regenitos experientum experientiae genus, quod, vt nobis videtur, consistit in eo, vt extente vim suam verbo diuino, Deoque ipso gratio influxu in animam illabente, aut quando diuinae promissiones & minae vel in se vel in aliis implentur, mens hominis fidelis ad omnia diligenter attendat; vt adeo conuenientissime omnium definienda videatur experientia christianorum, quod sit perceptio eorum, quae in verbo Dei exhibitis vel promisionibus vel minis proponuntur; sive quod sit cognitio, quae ex observatione operationum diuinorum tum in se, tum apud alios comparatur. Hac christianorum experientia, prout iam insinuauimus, vel colligitur ex iis, quae in aliis animaduertimus, vel ex iis, quae nobis ipsis eveniunt, quorum haec quidem securior est quam illa, vt tamen saepe numero insigniter etiam ipsa nobis inferuiat. Videmus in aliis multoties gratiam diuinam esse efficacissimam, vt vel in pericula & calamitates coniecti, aut aliis in occasionibus, fidei, spei, fiduciae & patientiae edant praestantissima specimina, & Dei adiuuantis subsidio connixi, grauisimas superent difficultates. Videmus in aliis saepissime effulgere miram Dei bonitatem, variis gratiae singularis effectibus sese ad omnium stuporem prudentem, vt vel manibus palpari possit. Videmus in aliis luculentissima saepe misericordiae diuinae, in feria flagitiosissimorum hominum conuersione, testimonia, qua certi reddimur, & Deum misereri aliquando peccatorum maximorum, I. Tim. I, 14, 15, 16. & spem adeo bonam concipere possimus. Huc qui aduertit mentis oculos, nae in rebus diuinis cognitionem sibi pulcherrimam comparare potest. Interim longe maior petetur ex propria experientia, quae vnius cuiusque sensu constat.

§. XIV. Nos ergo imposterum ad eam maxime respiciemus. Circa quae Qnaenam vero sunt illa, inquit aliquis, circa quae experiendi studium potissimum in renato debet esse occupatum? Multa sunt & infinita fe-re; ac vt monuimus iam antea, tam late patens hic se aperit campus, quoisque ipsa potentia Dei & gratia sese exerit. Cum vero vnu-

quisque proxime sibi habitet, in iis, quae contingunt vnicuique aduentis sine dubio & potissima & utilissima impenditur opera. Qui ergo sibi attendunt, cognoscunt, quam gratiōē circa se laboret Dei benevolentia; qua occasione ad seriam conuersiōē se olim adduxerit; quam varie sua se semper habuerit fides; modo valida & magno robore se sustinens, modo languidior & flaccescens; cognoscunt, quos defēctus habeat, quomodo incrementa cepit, quibus colluctationibus subinde fuerit exercita, quibusque consolationibus refocillata. Cognoscunt, quam saepe mutetur facies Dei, semper quantumuis benignissimi patris, qui nunc blandissime respiciat suos, & veluti in sinu gratissime foueat; nunc veluti hostis crudeliter in animam inuadat; cognoscunt, quam nunquam non caro sit, occupata; quibus artibus vtatur, vt sibi subiicit spiritum; cognoscunt, quam facilis, nisi sibi caueat aliquis, in grauiſſima peccata sit lapsus; sed quantis doloribus constet, iterum adfurgere; vt summa voluptate admittantur peccata, quae tamen non nisi contrito corde possint expiari: cognoscunt, quam faepe quidem summis mens doloribus adficiatur, quam saepe autem & incredibili laetitia corripiatur; quam nullum vniuersi mundi gaudium adaequat, cum quicquid id est, cum animi aliqua perrurbatione coniunctum sit; celestis vero & spiritualis laetitia sit purissima, & nihil habeat admixtum, quod mentis tranquillitatem infestet. Vbiq̄ue autem obseruare licet oculis mentis Dei infinitam bonitatem, cum summa sapientia, veritate potentiaque coniunctam, qui ita moderetur rebus humanis, vt siis sibi constet vbiq̄ue honos, & hominum promoueat salus, quo ipso finis omnium præstantissimus a Deo semper obtineatur. Sed haec & longe plura alia, expertis familiarissima, ipsa experientia commodius addiscuntur.

**Quomodo &** §. XV. Haec quidem & innumera alia ingerunt se veluti omnibus mediis oculis, si modo essent, qui eisdem obseruandis industriam semper experientia illa sit companda. Vbi mirari liceat hominum socordiam, qui cum aliis in rebus sint admodum curiosi obseruatorēs, ad Deum tamen non ascendunt, nec eius opera sibi reddunt familiariter nota. Audiunt ad infimos usque naturae sinus penetrandi; sed in iis, quae immensam Dei sapientiam insinuant, & suae salutis negotium contingunt, turpiter ignauit, & ad extērpos effectus subsistentes; quasi non detur ultius progrediendi spatiū. Quid ergo agamus, vt rerum divina-

rum

rum reddamur experti? Id agendum opinamur, quod ii solent, qui in rebus mundanis longo rerum usu conspicui & illustres habentur. Serio homo fidelis incumbat astibus, quibus acquiritur salus, frequenter cum Deo conuersetur, in se descendat, intima excutiat, & singula probe animaduertat. Nimurum non alia ratione, qui in mundo experientia clari habentur, ad hanc peritiam enī fuere, ut saepe eruditissimis antehabentur; negotis admoti, & in operibus crebri fuerunt, ad singula attentum apicum adhibuere, rerum euentus prudenter dijudicantes & obseruantes, quod a Davide & Paulo factum esse, viris in rebus diuinis expertissimis, ea quae de hac re nobis reliquerunt monumenta, restauranti faciunt; Videatur imprimis Psalm. LXXIII, 1. seq. II. Cor. VI, 4. XI, 23. seq. Praeterea utilissimum fuerit, vt, quae vel in se, vel in aliis quoque diuina opera obseruata sunt, referantur memoriae ergo in tabulas, ut longo post tempore relegi possint. Si enim ad retinendam gestorum memoriam, & ut posteritati inferuatur, res, quae per terrarum orbem patruntur ab hominibus, litteris commendentur a diligentibus viris & factorum gnatris; quare non dulce, non vtile sit, actus Dei suae primatae pietatis ergo, tum ut & aliis de Dei in nos clementissimo fauore constet, in litteras mittere? Quam breui tempore quantas diuitias colligere possemus? quam multa de potentissimo Dei regimine, de eius infinita sapientia, deque prouidentia singularissima, haberemus testimonia? Utinam haec frequentius fierent, & christianos mox videremus expertissimos.

§. XVI. Interim vti creberrime illos, qui in adnotandis rebus, quae geruntur in hoc mundo, falli contingit, nisi sibi singulare folertia prospiciant; ita cauto in experientia spirituali comparanda opus est, ne fallatur Christi adsector; & ea pro diuinis operibus habeat, quae causis longe aliis sunt adsignanda. Hic vero imprimis necessarium est, ut quae naturae sunt, ab iis quae gratiae sunt, sciungere norit. Factor in hoc verti summam christianorum sapientiam; & eum demum in rebus fidei peritum dixerim, qui & in se, idque praesertim, & in aliis iusto discrimine illa secernere didicerit. Atque illorum semper praeclarissimam & utilissimam existimauit operam, quae in id a viris doctissimis & rerumdiuinarum calleatissimis fuit collocata, quanquam paucissimi illi sint, & vix numerum faciant. Non negauerim, haec melius sentiri quam doceri posse; neque tamen desperandum est, posse hic unum

## DISSERTATIO IN AVGVRALIS

& alterum adferri criterium, quo vtriusque discrimen patescat, & quo constet, vtrum in vera aliquis sit gratia. *I. Pet. V, 12. I. Cor. II, 10.* Naturae illa esse dicimus, quae ad essentiam rei ita spectant, ut abesse non possint, quaeque adeo vires ipsius non exsuperant. Gratiae vero vocabulo diuinum fauorem frequentissime in sacris innui, tralatitium, est. *Rom. V, 2. VI, 15. Epb. I, 6, 7. Phil. I, 7. I. Pet. II, 10.* Sed tamen & gratiae nomen huius diuinæ benignitatis effectum denotare, multis ex locis non minus euidenter constat. *I. Cor. I, 4, 5. 6, 7. III, 10. II. Cor. IX, 1. I. Pet. IV, 10.* Quamuis igitur omne bonitatis & benevolentiae genus, quodcunque Deus erga creaturam liberaliter expromit, gratiae vocabulo indigitari possit; ea tamen proprie gratia vocari in scripturis manifestum est, quae a Deo in rationalem conferuntur naturam, ad quae neque naturae legibus a se institutae, neque legibus creaturae rationalis tenebatur. Vide prolixius haec explicantem grauissimum Theologum, Conradum Danhauerum, *Hodoſoph. Phoenom. IX. p. m. 840.* & in adposita *tabula*. Sed illud nunc disquirendum quam maxime venit, quaenam effecta gratiae, quaenam vero naturae viribus sint adscribenda? Aliquando enim tam ingeniosam, tam industriam, tam strenuam se praebet natura, vt gratiam vel imitari vel mentiri videatur. Id ergo constitendum est ante omnia, nunquam tam splendide se inferre naturam, quin se prodat tandem & agnoscat, si bene sibi attendere quispiam studeat. Ista vt explicatus tradamus, pro certo haberi volumus, hominem, cum a Deo crearetur, ita esse conditum, vt sibi ipsi ad suam felicitatem, cuius adsequendae desiderio a natura vehementissime stimulatur, minime omnium sufficere; sed vt eandem vnicce in Deo, suauissime cum se vniito, quaerat & inueniat. Est autem certissimum, primum hominem in omnibus respectasse Deum, in eiusque luce & amore fuisse felicissimum. Cum vero infando lapsu se a Deo auerteret, praeagnanti factus similis est, quae adpetitione rerum inordinatissima mirum quam vexatur; sic enim & homo conuersus ad se ipsum, & rebus vanissimis hujus mundi adhaerescens, ad se refert omnia, sui studiosissimus, & Deum a sua beatitate excludens, nisi quoad desideriis suis lenocinari videatur. Quis neget vero, hominem huiusmodi, sui amore plenissimum, & omnia, quae agit, sua causa tantum agentem, intellectu miserrimis obsideri tenebris, & voluntate in res turpisimas abripi, cupiditatibusque prauissimis hinc inde irrata-

ri, ita ut suas utilitates, honores & delicias respiciat in omnibus. Fieri ergo non potest, ut homo, sibi suisque facultatibus nondum a gratia adiutis, relictus, quicquam suscipiat, quod auerso a se studio ad Deum, tanquam supremum scopum, unum collineat; sed quicquid cogitat, quicquid molitur, quicquid comminiscitur, quicquid operatur, in eo nunquam ipsum sui obliuisci pro certo est habendum, utcunque speciem admirandae alicuius virtutis habeat; quod nuper admodum ingeniosissimus Esprit, homo Gallus, scripto de Falsitate virtutis humanae opere, fusa & eleganter demonstravit. Hoc ergo nunc opus gratiae est, ut hominem tam misere se habentem, Deo, salutis fonti, restituat, quod non aliter contingere potest, quam si eum regeneret, eiusdemque desideria ad Deum postliminio reducat. Vnde illum in gratia demum esse certissime euincitur, qui paupertatis suae conscius ad Deum allegat desideria & cupiditates suas, Deum anxie quaerit, atque in eius vniione suam felicitatem esse sitam, est persuassissimus. Porro apud quem gratia diuina sedem suam fixit, in eo non segnis certe est; sed praesentiam suam confessim operationibus suis testatur: nec enim ut lapis se habet, in terra proiecitus, qui nihil de se procreat, per se sterillissimus; sed ut semen, quod mox spicam proicit & flores induit, fructusque profert laetissimos multiplicesque; sed ut flores, amoenissimum odorem de se spargentes; sed ut ignis, flamas cum calore iugiter emittens. Non ergo fieri potest, ut qui gratia Dei potitus est, ignauus sit opera; quin potius semper adest, in quo se exerceat. Quocirca cordis affectuumque mutatio, tutissimum animi, per gratiam renouati, signum est, cum non in externis tantum mutetur homo renatus; sed in intimis suis longe aliter, arque olim iam sit animatus. Iam alio sensu, qui Christi est, ducitur, iam aliud de rebus in intelligentia, fouet iudicium, iam aliis trahitur voluntas eius desideriis; iam aliis delectatur operibus & studiis; & ut breves simus, longe aliter ac olim cogitat, loquitur, agit, ac olim. II. Cor. V, 17. Pulchre hac de re Macarius differit, Hom. IX. §. IX. p. m. 120. οὐτεπέρ γάρ ὁ Φλεγόμενος κατεχόμενος πυρετῷ, οὔτε δὲ προσενέγκης αὐτῷ βρῶμα ή τόμος ήδισου βδελύστεται, καὶ ἀπέβαλλε. διὰ τὸ πυρετῷ Φλέγενδος αὐτὸν, καὶ οὐ πάτεται σφοδρῶς ἐνεγκείσθεν τὸν αὐτὸν τρεπτὸν καὶ οἱ Φλεγόμενοι τῷ ἐπιφραντῷ τῷ πνεύματῷ ισερῶ καὶ σεινῶ πόθῳ καὶ τῷ ἔρωτι τῆς αἰγάκης τῷ θεῖ τῷ ψυχὴν τρωθέντες, καὶ τῷ Θείᾳ καὶ ἐ-

περιφενίω των, δόκιμον ἐν τῇ γῇ πλάτε Βαλέν, καὶ θέλει ἐν τέλει αἰναθέναι, σφοδρώς ενεργήμενοι, καὶ ἐνκαύμενοι εἰς τὸν δρόμον τὸ χριστὸν πέθουν, ὡς ἀρεστούτοι, πάντα τὰ τῷ αἰώνιῳ ἔνδοξα τέττα, καὶ τίμια απόβλητα καὶ μισητά λογίζονται, διὸ τὸ τῆς αγάπης τὸ χριστὸν πᾶν τὸ συνεχον καὶ εικάσιον καὶ φλέγον αὐτες τὴν περιφενίων διαθέσει, καὶ τοις ἐπεργίνοντος ἀγαθοῖς τῆς ἀγάπης ἐν τοῖς διεργοῖς τῶν ἐπεργίνων ἐστιγμαί, καὶ καταχθονίων χωρίσαι δυνήσεται τὰς τάπτες, καθὼς ὁ απόστολος ἐμαρτύρησε παῦλος, ὅτι τίς ημᾶς χρονίσει ἀπὸ τῆς αγάπης τὸ χριστὸν; καὶ τὰ ἔχει. Quemadmodum enim qui ardenti febri laborat, quemcunque ei offeras cibum aut potum, id quamvis suauissimum, abominatur ac renuit, eo quod febri inflammatus ab ea valde exerceatur: codem modo, qui Spiritus cœlestis sancto ac venerabili desiderio accensi, amore dilectionis Dei in anima susciati, ac divino cœlestique igne, quem Dominus in terram missurus venit, vultque velociter accendi, vehementer incitati, atque cœlesti desiderio Christi accensi sunt, omnia, ut dictum est, quae sunt in hoc seculo præclaras ac preterea, repudianda & odio digna reputant, propter ignem dilectionis Christi qui constringit, accendit & inflamat eos affectione Dei, & cœlestibus bonis dilectionis. Aqua quidem nihil, siue terenum, siue subterraneum sit, eos separabit: sicut apostolus Paulus testatum fecit Rom. VIII, 35. quis nos separabit a caritate Christi, & quae sequuntur. An ergo aliquis sit in gratia, de eo ex ipsis gratiae præsentia redditur certissimus. Haec enim diuina luce sic adscit mentem, eandem ut lucidam, tranquillam, laetam, ac veluti ex morte viuam, & ex tenebris spississimis illuminatam ac numine cœlesti gloriose triumphantem reddat. Epb. V, 8, 14. Iob. XII, 35. I. Thess. V, 4. Ies. LX, 1, 2, 3, 4. illa sic adscit mentem, ut ex vi & principio interno, efficacissime fese exerente, sola illa aeterna, quibus salus animae continetur, respectet, in pretio habeat, & studio suo & consecutione digna reputet; & ut se totumque hominem ex illorum intuitu regat, cetera veluti ad se non pertinentia despiciat, serius votis expetens ab eo onere liberari, ut omnibus curis & affectibus solis aeternis possit vacare. Quemadmodum ergo sol sui ipsius est argumentum & testimonium sufficiens; ita & gratia ipsius suo aduentu de se potenter testatur. Gratia enim diuina efficax, ut inculentei Theologus grauius simus, Io. Georgius Dorscheus ait, Penit. dodec. Diff. IX. thes. 15. p. m. 318. non agit solum per suasiones morales.

inter-

## DE EXPERIENTIA CHRISTIANORVM.

31

internas; proponendo; nobis objectum amabile; sed etiam vero; diuino  
 & ineffabili; amoroso influxu potentiae suae gratiose. Quamquam;  
 cum peccatum adhuc in homine etiam regenito inhabitet & prauae:  
 illae concupiscentiae; semper summa attentione opus sit; ne quando  
 decipiatur. Eleganter Macarius De Eleuatione mentis cap. XIV. p.  
 m. 128. Τεθάρηκε τοίνυν ἕδες τῶν ὄγκων διὸ σύνεστιν βλεπόντων εἰ-  
 πεῖν· ὅτι κάρετός μοι απίστης; απόλλαγμα λοιπὸν καὶ τῆς ἀμα-  
 τίας ἐνεργεις γαρ; ὡς εἰρηται; καὶ τὰ δύο εἰν τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ νῷ; παν-  
 οὶ ἔνοιοι τε καὶ αμαθεῖς μηδενὶ τῷ μηδενὶ εἰσχρήστες; νε-  
 γκάριους ηὖται λεγούσιν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὰ αεράγματα ἔτις ἔχειν ὡς  
 πέρ διανήσις καθαρώς ἐπιλάμπειν. Οὐ σκοτεινός ὁ αὐτὸς ἀφωνὴ ὁ ὄ-  
 μιχλη ἐπιδρόστα τῷ ἀνθρώπῳ φωτί. τότε γαρ  
 παραπλησίος ἔχει τῷ λόγῳ τῆς μὲν τῇ βεβήλωσι τοῦτο; ἐπιτυχόντες;  
 μήπω δὲ ωρὸς αἰρεθεσσαν διακαθαρίζετες; αλλ' εἰ τῷ βαθεῖ ἔτι κατά-  
 σχετοῦντες υπὸ τῆς ἀμαργίας; ἀερες πολλῆς τοῦτο τῇ διακείσεως εἴ-  
 τερος τὸ πείρα ταῦτα τῇ τελεωτάτῃ πρωδαβεῖν. Nemo igitur eo-  
 rum; quibus acutius cernere sacrae prudentiae lumen dedit; austi un-  
 quam dicere; ex quo praesentem in me sentio gratiam; liberatus sum  
 in omne tempus ab omni malitia. Duo enim; ut dictum est; inter se  
 aduersa in mente agunt; gratia & concupiscentia; vicinque citio creduli-  
 & imprudentes statim dicant; Vici misericordiam; & debellatum iam est. Mibi  
 quidem contra; sic pidentur buius se generis res habere; vt quando so-  
 li pure fulgeni suborians repente vapor & caligo velamen veluti obdu-  
 xerit; sic similiter; vii diximus; se habent; qui gratia Dei poriti; sed  
 accurate nondum purgati sunt; sed in penetrabilibus profundis adhuc a  
 peccato tenentur. Quare multa profecto discretione opus est; ad expe-  
 rientiam rerum talium perfectissimam parandam. Non minus ta-  
 men & cognoscere potest; an aliquid fuerit a gratia diuina; an vero  
 a natura aut a potestate diaboli aduersa profectum? Si quis est; qui  
 spredo auxilio Numinis diuini; sibi ex factis praeclaris emolumen-  
 tum; animi delicias; commendationem ad alios; ad plausum & opinio-  
 nem aliorum apud se quaerant; hos a gratia destitutos sibi relinquiri;  
 quid mirum? quid & mirum; facta quoque praeclarissima vel ad carnis  
 opera vel ad auctorem satanam esse referenda; quantumvis cetero-  
 quin a toto mundo efferantur laudibus? Accedit; quod quae talia-  
 sunt; animum adeo non tranquillum reddant; & exaltant; vt potius

pro

pro ratione originis eundem vehementer torqueant. Adpositissime ad hunc locum quaerit Macarius Hom. VII. §. III. p. m. 101. Ἐπειδὴ ἡ ἀμαρτία μεταμορφώσται εἰς ἄγγελον Φωτός, καὶ τερμοῖς τῆς χάρτου ἐστι, πως ἀντοῦ ὁ ἀνθρώπος τὰς μεθοδείας τῷ διαβόλῳ, καὶ τῶν δέξεων, καὶ διαχεινεῖ τὰς τῆς χάρτου; Cum peccatum in angelum lucis transformetur, & simile sit gratiae, quo pacto cognoscet homo insidias diaboli? & quo pacto suscipiet & discernet semitas gratiae? Et respondeat: Τὰ τῆς χάρτου χαράν ἔχει, εἰσήνην ἔχει, αὐγάπτων ἔχει, αἱλίθειαν ἔχει, αὐτὴν ἡ αἱλίθεια ἀναγνάθει τὸν ἀνθρώπον αἱλίθειαν ἐπισητεῖν τὰ δὲ τῆς ἀμαρτίας ἔιδη ἐστι τεταρφυμένα, καὶ διὰ ἔχει αὐγάπτων καὶ χαράν τερμός τὸν θεὸν ὥσπερ γάρ ἐστιν ἡ πίκρις ὅμοία τῆς θείδαν, τὸ μὲν ἐν γλυκύν, τὸ δὲ ἐν πικρόν. Εἰς quae sunt gratiae, plena sunt laetitiae, pacis, dilectionis & veritatis. Haecce veritas impellit hominem ad inquirendam veritatem. Sed peccati species sunt turbulentae, nec laetitiam aut dilectionem erga Deum habent; quemadmodum enim intybus similis est laetus, hac quidem dulcis, illa vero amara. Illa igitur si probe attendantur haud sanc facile quispiam in discernendis iis, quae naturae sunt opera, ab operibus gratiae, falleatur.

Quomodo di-  
iudicanda sunt  
spiritualiter,  
quae sunt ab  
aliis?

§. XVIII. Maioris operae est, diiudicare, numquid quae ab aliis sunt, auctore gratia peragantur. Si enim reconditionis indolis homines tam dissimulanter agunt, & tam callide premunt animi destinata, ut ab oculis solerissimorum etiam auertant; Quemadmodum prudenter Paulus, *quis enim*, inquit, *nouit hominum ea, quae hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. I. Cor. II. 10.* quid de gratia dicamus, quae partim, tam occulte non raro agit in hominem, ut id ipse ignoret; quod fere contingit, quoniam nondnm homo fidelis ab impedimentis omnibus est liberatus; vel etiam quoniam causa superest, cur eius metuatur superbia; partim etiam miras sequatur agendi rationes, ut naturae ineptissima videantur, quae a summa tamen proficiuntur sapientia *I. Cor. II. 5, 6, 7, 9, 10, 14.* Quo in casu quemadmodum, qui *spiritu probationis I. Cor. XII. 10.* pollet, diiudicare quidem potest omnia, ipse a nemine diiudicandus; *I. Cor. II. 10. I. Io. IV. 1.* ita qui hoc diuinac munificentiae dono destituitur, cautius sustineat iudicium; ne vel ea naturae aut satanac operationibus transcribat, quae tamen a gratia ortum trahere poterant; vel gratia imputet,

cum

cum alium longe originem habeant. In iis ergo maneat, iis fruatur, ea persequatur, quae sibi sunt concreta; reliqua quae non nouit, diuino iudicio permittens, donec veniat Dominus, qui etiam illuminabit occultata tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus obtinget cuique a Deo. I. Cor. IV, 8. Alias audiet illud, Tu quis es, qui iudicas alienum sernum? proprio Domino stat aut cadit Rom. XIV, 4. Nec enim aliud facile maligni animi argumentum est, quam se in omnium erigere iudicem, & de iis iudicandi sibi arrogare dexteritatem, quae solo Deo iudice vel condemnanda vel probanda sunt. Nisi si euidenter constet, quae gratiae venditantur opera, ad sacram litterarum genuinum sensum non quadrate; tum enim nihil impedit, quin audacter repudientur.

S. XIX. Dici vero vix potest, quas habeat utilitates experientia. Quam utilitatem praefert experientia christiana, tum explicandis fidei capitulo bus; quod ostenditur exemplo de fide iustificante, illa sancta. Habemus sane oracula diuina, scriptura sacra, comprehensa; in quibus quae ad fidem pertinent & officia christiana, diserte explicantur; nec tamen nullus ratione insicari potest, accedente experientia omnia intelligi melius; qua de re saepius summus vir Martinus Lutherus, insigniter differit; Audiamus modo quae scripsit in Psalm. CXXI, 3. Tom. VII. Altenburg, pag. 506. denn Erfahrung und Lehre zusammen gehören/ die weil unsere Augen viel tunckeler sind/ denn daß sie die unsichtbare Dinge erlangen können/ und das Ende gewärtiger Trübsalen ersehen. Daher geschiehet/ daß die Natur sich allezeit umsiehet/ auf was Weise sie möge erledigt werden. Und so sie die Weise nicht finden mag/ wie sie denn verborgen und unsichtbar ist/ wird sie berrückt. Et paulo post p. 508. Dieses ist des Glaubens König/ davon David an diesem Ort uns ernahnet/ daß wir sollen lernen auf die Verheissung Gottes zusehen/ und auf Gottes Wort/ und daß wir urtheilen nach den Augen die über sich gehoben sind/ nicht nach den gewöltigen Sachen. Wir befinden aber hie/ daß die Theologia und eine heilige Schrift eine unaussprechliche Weisheit/ die nimmer gänzlich mag/ ergriffen und erlernet werden/ denn wir sehen die Veränderung/ die sich oft unverstehens begeben. Heut bin ich gesund/ morgen tot. Diese Gefahr macht/ daß uns bedrückt/ daß Himmel und Erde uns zu enge sind/ und daß alle Creaturen uns wie eine Helle sind. Also pfleget das Fleisch zu thun/ welches Satan auch erschreckt/ daß es meynet/ es sey kein Gott/ sondern ein unendlich Ubel und Verderb. All-

les dieses heifst nicht recht geurtheilt/ sondern ist ein Lügen unsers Fleisches und des Teuffels/ dawider zu streiten ist/ und zu gläuben/ daß auch in unsern Tod Gott bleibe/ und unser König Christus bleibe/ in welches Angesicht mein Tod mit aller Trübseligkeit und Gefahr ein eitel nichts ist. Denn was ist der Todt/ was ist Verlierung der Kinder und der gleichen/ so du es gegen Gott wilst rechnen? Wer aber hat diese Kunst gnugsam gelernt? Reden und lehren können wir eslicher machen davon/ aber die Erfahrung und der Brauch muß einen Theologum machen/ daß wir mit David mögen sagen: Er wird deinen Fuß nicht gleiten lassen/ das ist/ er wird dich nicht lassen verderben. Et alibi cum explicaret Psalmum CXXVII, 3. Tom. VII. Altenburg. p. 574. italoquirit: Solches kan man nicht aus den Büchern lernen/ sondern die Erfahrung ist die beste Glossa/ welche diesen Psalmen auslegen und vol verstehen lehret. Conducibile ergo est valde & ad intelligenda fidei placita, & ad ipsas sacras litteras, experientia pollere in rebus diuinis; quod ut declareatur vterius, lubet id exempli gratia capite de iustificatione hominis demonstrare. Multis in locis adfirmant sacrae litterae, fide nos iustificari atque salutem acquirere; quenaam autem fidei illius sit indeos, quid agat, quomodo se habeat, quis rectius, quam qui fidei perlegerit, vel intelligat vel explicare valeat? Quod enim alii alter haec de re sentiant, nec unus alterum recte percipiat, id nempe ortum habet exinde, quod fidei vim & virtutem non experti sint in se ipsis, cum tamen nec in rebus sensibus subiectis absque experientia possit alter, alterum de habitu illarum recte edocere. Quis de herbarum virtutibus, quas nec nouit, nec quarum vim vel in se vel in aliis expertus est unquam, poterit cum utilitate differere? Quis de mellis dulcedine pronuntiare poterit, qui eandem nunquam degustauit? Quid sint iliae animi agitationes, gaudium, tristitia, amor, odium, aliaeque, quis est qui docere recte potest, qui ipsas nunquam sensit? ita nec quenaam fidei verae natura sit, qui eius expers est, scire potest; cum contra rem explicare experti rectissime possint. Illi vero ita se negotium habere conuentur. Nouit homo legem sibi a Creatore esse latam, ut ea, quae ad summi Numinis honorem pertinent, omnibus consecetur viribus, hominesque sibi similes sincero complectatur amore, quae omnia ex diuina revelatione accuratius & distincte magis adscit; obseruat autem facile, non tantum, quam ingentibus mens e-

ius

ius obsepta sit erroribus, sed quam frequenter etiam sanctissimas Dei iussiones fuerit transgressus; vnde iuxta legis rigorem poenis grauisimis sit de iure subjectus; cum agnoscant homines Dei iudicium, quod qui eum modi faciunt, morte sint digni. Rom. I, 32. cum cognoscant mortem esse peccati stipendum Rom. VI, 23. & maledictum denique esse, qui non stabiliuerū verba legis ad faciendum illa. Deut. XXVII. 26. Vnde non potest non homo ingenii meū iudicii diuini, grauisse in legis violatores animadvertentis, percelli, horrendisque doloribus concuti, amississe se, reputans, summam felicitatem, & incurrisse poenas in se grauissimas, & duratione aeternas, cum tamen desiderio tenerimo tencatur beatitudinis nunquam finieadae. Videt se soli sibi relictum nequicquam posse vel supplicia promerita effugere, vel divinam gratiam promereri. Iam anxie trepidat de salute sua; iam sui ipsius accusat dementiam & ruditatem, perniciem sibi accersentem; iam tangitur intentiori cura sui, circumspicitque omnia, vnde emergendi spes ex miseria affulget? iam damnat inconsultum animi impetum, magis suis cupiditatibus, in prava tendentibus, quam suggestiōnibus bonis obsecundantem; iam vellet quantouis pretio redimere, non esse patrata, quae fecisse se reclamante conscientia nescire mallet. Hic vero summis adscitum doloribus; hic eiulatus, hic gemitus exaudiuntur, hic saepe lege exterritus, infernalibus tormentis corripitur. Quid ergo? offertur ipsi gratioſa Dei concione admissorum venia, ſufficientiſſimis redemptoris meritis parta, ſalusque ſanguine ipsius effuso cariſſime acquiſita: desiderium ergo in anima exoritur, intensiſſimum erga gratiam Dei & vniōnem arctiſſimam cum Chriſto Saluatorē, cuius potiundi meritis vnum ipsius flagrantissimum votum eſt; ad eum enitiur ardentiſſimo impetu; ad eum anhelat; eius ſatiari complexu cupit; atque dum non ſtatim pacem diuinam ſentit, ad modum Iacobi Patriarchae, cum filio Dei luctantis, vi facta invadit Dei clementiam; aut ritu strenui pugnaciſque bellatoris omnes vires contendit, ut ſuperior euadat, victoriaque insignis recedat; ſui interim ſuorumque factorum omnium quam praeclarā, quam laudabilia videantur omnibus, prorsus oblitus, vt pote quae ſubſiſtere in foro tam rigido, & examen ſuſtinere non poſſe, optime perſpicit; ergo effuſiſſime in amplexus ruit Saluatoris optimi, ſe eidem tam ſuauiter offerentis, eundem fidei brachiis arctiſſime circumpleteſtitur, eiusdem-

gratiam audiissime arripit, eidem adhaeret; eius sanctissimis meritis iam iucundissime fruatur, supra votum tranquillus, & gratia Patris reconciliati summe felix; immo & iam excusio omni ex animo metu bonum iam animum induit paci cum Deo confisus; quicunque igitur intrinsecus excitentur motus, quaecunque species horribilis extrinsecus ingrat, vt animum septum diuino praesidio oppugnet, non tamen pacem eidem eripit, fiducia coelestis auxilii, quod sibi semper sentit adesse, elato. Ille enim nunquam trepidat, nunquam tumultuantur, nec vlo motu a statu mentis iam cum Deo unitae deiicitur; quae pax est, quam summus ipse pacis auctor, qui cœlum terris amore coniunxit, numine suo fecit atque coniunxit. Atque sic, dum intimis sensibus gaudet, restitutum se esse Seruatori, & Seruatore sibi, Deumque nouit sibi esse propitium, inflammatur in amorem utriusque calidissimum, nec est aliiquid, quod fretus diuina opera non libenter suscipiat ac efficere velit; tantopere exardecens in diuinum seruitum, vt quicquid reliquum sibi est vitae, quicquid in suis viribus est repositum, id omne & in Dei honorem, & in sui proximi utilitatem erogare & impendere studeat, ea quae negligenta fuerunt a se haec tenus, compensatur. Iam si quaeras ex eiusmodi homine, qua sit fide iustificatus, quid demum censeat de vniuerso iustificationis negotio, quis neget, eum rem longe exatius posse exponere, quam qui non nisi aliquando differentem de his rebus grauissimis auscultauit, aut tantum hac de re saltum fecit, quantum legendo profecit. Tum vero videt, nullis hic operibus relinquuntur locum, sed misericordiae diuinæ in solidum esse adseribenda omnia; videt præfertim, fidem iustificantem esse rem haud quam mortuam, sed viuam profecto; sed desiderantem, sed instantem, sed aude arripiensem, sed tranquille & suauiter in Salvatore suo recumbentem, qualia, qui statuere ausus sit, fidei conuenire non visæ, eum certe rei tanti momenti ignarissimum esse, & spectrum pro fide vera habere haud cunctanter pronuntiat. Denique & ilhid ipsi est evidenter iustissimum, fidei iustificantem initium esse desiderium, quo in salutem eminus monstrataam rapitur. Consentientem vbiique habemus incomparabilem Theologum, Martinum Chemnitum, qui congrue ad illa quæ dixinus scribit Exam. Conc. Trident. Part. I. p. m. 163. Ex illa notitia & ad sensione cor seu voluntas per operationem Spiritus sancti concepit deside-

## DE EXPERIENTIA CHRISTIANORVM.

37

desiderium, ut quia serio sentit se oneratum peccatis & ira Dei, expectat, ve-  
lit, quaerat, perat sibi donari & communicari beneficium iustificationis,  
quod in promissione euangelii proponitur, & illud fide adprehendit, ut ad se  
recipiat; quibus simillima docet in Loc. Com. Part. II. p. m. 659. 663. 666.  
Et in vniuersum de fide pulcherrima eius sunt verba, ad nostrum institu-  
tum conuenientissimap. 675. Veram sententiam de fide iustificante omni-  
um rectissime in seriis exercitiis poenitentiae posse intelligi: sicut & veterum  
meditationes ostendunt. Diversitas enim opinionum inde potissimum oritur,  
quod extra tutam temptationis, otiosae & securae disputationes adiunctis  
philosophicis suffragis rationis humanae, mentes perturbant: exercitium  
autem illud illustrans doctrinam fidei plusquam omnia commentaria, duo-  
bus potissimum modis instituitur, vel ut conscientia se siflat coram tribu-  
nali Dei, sicut de vocabulo iustificationis dictum est, vel sub cruce & tem-  
tatione in petitione & expectatione, tum spiritualium tum corporalium.

§. XX. Non aliter se res habet in summis mysteriis aliis, de qui-  
bus tum demum aliquis recte quidpiam sentit, cum eorum in se experi-  
entiam possidet. Quam multa enim sunt, quae rerum spiritualium, Tum in aliis  
mysteriis re-  
grediuntur.  
rudi longe aliter videbantur, quam postea re ipsa est expertus; & quam  
multa sunt, de quibus ne mentis quidem notionem formare sine re ipsis  
us sensu recte possumus. Quam mira est gratiae diuinae variatio,  
tum in iisdem diverso tempore, tum in diversis hominibus conspicua,  
sed experientia cognoscenda. Quam multa sunt mysteria gratiae di-  
uinae in anima operantis, quae ut se excipiunt una aliam, ex ipso exer-  
citio demum cognoscit; nam ea quae exercitio constant, quis neget,  
exercitio cognosci omnium optime? cum nudis speculationibus mens  
humana in rebus ad usum sua natura ordinatis, longe minus, quam  
ipsa actione eruditatur. Plura, ne simus nimis prolixii, hic addere nolu-  
mus, sed Macarrii saltem nostri, viri, si quisquam, rerum diuinarum lon-  
ge expertissimi, quem cur saepius in testem citemus, satis causae habe-  
mus, praecclare dicta allegasse sufficiat: *De Charitate Cap. XIII. p. m.*  
154. Ἐπειδὴ αἰσθαῖ τοὺς γένοις τὸ περὶ κοινωνίας νυμφία καὶ νυμφίος  
καὶ χορὸν καὶ ἑστῶν, μηδὲ ὄλιπον μηδὲ πρόσγειον ἐνοήσω. καὶ γὰρ  
εἰς ὑπερέγυα μονὸν συγκαταβατικὸς ταῦτα παρελαμβάνεται, εἰ-  
τοι ἐνώπιον ἀρρέπτε τέ εἰν καὶ πινευματικός, καὶ ὁ φαλακρός τοῖς σαρ-  
κινοῖς ἀψευσα. Φυχῆ δὲ αὐτία δὲ πιστὴ πρὸς κατάληψιν ἔρχεται, εἰ-  
τοι τε οἱ κοινωνία τῷ αὐτῷ πειρύματος, καὶ οἱ ἐπερδίνοι θητανέροι, οὐ

E 3

χορός

χοροί τε καὶ ἔσται τῶν ἄγιων αὐγύελων τῷ πεῖρᾳ λαβόντι μόνῳ κατάφαντι γένονται, ἀμνήτῳ δὲ ἐδὲ ἐνοῆσαι δυνατοῖς τοπαραπταν· εὐλαβεῖς δὲ περὶ αὐτῶν ἀλλες μέχρις ἂν καὶ σοι γένοισθαι τις εὔσοτι καταζηθῶνται τῶν τοιστὸν τυχεῖν κατὰ τοὺς ἐπηρ ἀντὴ πειρατὰ τῶν ὁφθαλμῶν τῆς ψυχῆς ὅιων αὐγαθῶν ψυχή τεχεισινέν πειρατακοινωνῶν δύναται· Εν γὰρ τῇ ἀναστοσεὶ καὶ αὐτῷ τῷ σώματι τῶν τοιστὸν παρέστη τυχεῖν, βλέπειν τε αὐτὰ ἢ οὐονεὶ προτείνειν ὥποταν ἢ αὐτὸς γένεται συνέμετα. Cum audire tibi contigerit de communicatione cum sponsa, de choris, de cantu, & festis nihil materiale aut terrenum cogitaueris. Etenim in exemplum duntaxat per condescensionem haec assumuntur. Quoniam illa, quae his designantur, spiritualia, & oculus carnis incontigua sunt. Animae vero sanctae ac fideli sub comprehensionem veniunt, & ipsa communicatio sancti Spiritus, & supercoelestes thesauri, ebori ac festa sanctorum angelorum. Quin ista tantum homini manifesta sunt, qui experimentum eorum ceperit; non introductus autem in haec adiuta, nec qualemcumque talium formare idem potest. Reuerenter igitur de huiusmodi rebus audi, quo ad tibi contingat credenti ut dignus habearis fructione tantarum rerum. Et iunc scies ipsa experientia oculorum animac, qualium bonorum animae christianorum fieri compotes queant. Nam in resurrectione corpori quoque continget horum esse participi, videreque illa & quodammodo palpare, quando ipsum spirituale factum fuerit.

Tum in confirmando animo circa promissiones diuinæ.

S. XXI. Magnam denique experientia christiana ad confirmandum animum vim habet, ut ea, quae promittuntur in verbo diuino, habeat pro certo; quamvis enim fides robusta supra spem in spe creditat, Abrahami exemplo Rom. IV, 16, 17, 18. negari tamen nequit, ipso eventu mirum in modum fidem corroborari; quod in homine regio euidenter adparet, qui licet de Christo iam bonam spem fouveret, fore, vt filium suum ad mortem vsque aegrotantem; mirifica ope leuareret; tamen, cum ex ministris suis audiret remissę vim morbi in filio, tum demum credidisse cum domo dicitur, quod de fidei confirmatione est exaudiendum. Iob. IV, 53. quod si vero semel iterumque opem admirabilem nobis praefudit Deus; si tot periculis erexit demonstravit, quam potenter iuuare possit, quae causa est, cur imposterum de eius promissionibus dubitemus? Sunt promissiones Dei sementi similes, quam nemo negat adfulgente coeli benignitate, fructus uberrimos laturam;

turam; sed impletio promisionum ipsi mesi est iure comparanda, in qua benedictionem diuinam vel manibus palpare licet. Quis infiteatur, verba Dei animum valde addidisse Iacobo, cum eidem suam praesentiam, suumque praesidium tam gratiose polliceretur Gen. XXIX, 15. ecce ero tecum & custodiam te in omni loco, quo abiueris, redacanque te ad terram hanc, quia non deseram te, vsque dum fecero, quod locutus sum tibi. Sed cum postea reuoluto multorum annorum spatio patriam repeteret domum, benedictionem diuinam ad abundantiam vsque expertus, credimusne in pollicitatione diuina Iacobum impense non fuisse confirmatum? Est ex viris in rebus spiritualibus exercitatis mis, cuius animae aeternum bene sit, qui ingeniose & eleganter, ut eius sunt omnia, diuinarum promisionum complementa characteres reales, & verbum visibile adpellat, quo Deus cognitionem sui tam alte infigat animo, ut nullis tempestatis deleri possit. Succurrunt hic, quae Lutherus commentator egregie in Job. XIV, 22. Tom. VII, Alien. p. 112. Also istdiß eine Predigt/ nicht allein von Worten/ sondern von der Erfahrung/ denn mit dem Worte fährt ers wohl an/ daß er uns läßt das Evangelium hören/ täuffen/ Sacrament empfangen/ aber nachdem ist so bald da der Teuffel/ der uns allenhalben ansichter und hindern will/ daß es nicht bleib und forsfahre. Da muß nun angehen die Erfahrung/ daß ein Christ kome sagen/ bisher habe ich gehörer und geglaubet / daß Christus mein Henyland sey/ so meine Sünde und Tod überwunden habe/ nuersahre ich es auch/ daß es also gewesen/ denn ich bin jetzt und oft in Todes Angst/ und des Teuffels/ Stricken gewesen/ aber er hat mir heraus geholfen/ und offenbaret sich mir also/ daß ich nun sehe und weiß/ daß er mich lieb habe/ und daß es wahr sey/ wie ich glaube. Solche Erfahrung macht einen einen rechtschaffenen Menschen.

¶. XXII. Nam ergo & intelligentiores sunt fideles in rebus De christianis spiritualibus, & se aliosque rebus aduerteris, animum perturbantibus, ve-expertis, ris consolationibus oblectare & lenire possunt. Norunt non tantum ex testimonij sacrarum litterarum, quibus decetere libenter omnia tribuant, sed ex his etiam, quae omni aetate ipsis contigerunt, Deum esse omnipotentem, omniscium, sapientem, iustum, sanctum, benignum, elementem, gratia plenissimum & fidelissimum: norunt tot specimini bus edocti, Deum suos ex consiliis sui prudentissimis rationibus ducre, & in fine denique gloriose adsumere. Psalm. LXXIII, 24. Ipsum solere

solere & quae amara nobis videntur, & in detrimentum cedere, in utilitates nostras convertere. Quibus in rebus consentientes habeat universos, qui pari pietatis sincerae studio ducuntur; quare ergo tantum negotii facessamus Deo, de ipsis in nos paterno animo multum solicii, veluti qui nuper admodum in ipsis intromisi familiaritatem nondum perspectam habeamus eius fidem? Sic ergo, qui consolationem acceperunt a Deo, alios vicissim diffidentes rebus suis solatio confirmare, afflitos erigere, perditos recreare & fouere sciunt. *II. Cor. I, 4.* Quid denique de summa voluptate dicamus, quae ex ipsa percipitur experientia? Si enim non sine animi iucunditate leguntur varii generis historiae, quas non delicias praefabmenti recordatio diuinorum operum, quae piis ex experientia sunt cognita explorare atque perspecta?

*Experiencia  
rerum spiritu-  
alium maxime  
requiritur in  
verbi mini-  
stro.*

*S. XXIII.* Quaecunque de summa experientiae ciusmodi spiritualis utilitate differimus haestenus, ea vel maxime inueniunt locum in verbi ministris, quos suo gregi praeficere dignatus est Deus. Eorum cum munus sit praecipuum, sacra explicare oracula, ex iis, quae superiorius prolixius persecuti sumus, satis perspicuum est, haud quicquam posse ministerium ecclesiae dextre in interpretatione scripturae versari, quem rerum usus non reddit in rebus sacratoribus expertum. Monent, qui de sacris voluminibus accurate interpretandis praecepta iuuenti suppeditant, ut interpres, eius, cuius est expositurus verba, induat animum & illius quasi alter idem prodeat, quae verba sunt Virti summi, Conradi Danhaueri, *Hermen. Sacra Se&t. II. Art. I. p. m. 349.* Quis ergo non videat, eum, qui eo ipso in loco fuit aliquando constitutus, quo erat omnium auctor divinus, cum ista scriberet, & eius mentem faciliori indagine adsequi, & felicius eloqui posse. Porro pastorum ecclesia est, plebem sibi commissam ad salutem aeternam via commodissima deducere. Quis vero melius hoc fungetur munere, quam qui ipse iam diu eadem semita incersit? Is vero experientia edocitus de iis, quae observanda sunt se saluatuero, optime omnium cum commonefacere potest; ille vero nouit, quae fieri & praefesti possunt. Nouit, quo itinere sit eundum, ne in praeceptitia prolabatur, qui viae est ignarus. Nouit denique, quae sunt illa, quae remorantur strenue euntem, impedimenta, & qua arte tollenda sint e medio. Nouit, quinam sint morbi, cum quibus conficitur genus hominum, quam varii, quam periculosi & dubii; sed nouit etiam, quibus remedis medicina adferri

iisdem

Isdem possit. Sunt homines, qui cum aduersa deiiciantur sorte, solatio firmandi sunt & demulcendi; siue temptationibus infestentur spiritualibus, siue circa res exterias periclitentur, ac malis & cladibus luctuosissimis, quibus asidue patet vita humana, misere circumueniantur; iis scilicet illi scientissime fomenta applicabunt, qui exploratum habent & calamitatum omne genus, & diuino solamine ipsi quoque antea sunt corroborati. Atque haec omnia qui norunt, illi demum prudenter partes demandatas ornare existimandi sunt; quae laus si vlli vnuquam, certe Paulo attribuenda est, de se aperte scribenti, *Quem nos annuntiamus, corripentes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Col. I, 28.* Vnde & generatim praecipit: *Sermo Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmet ipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantentes in cordibus vestris Domino. Col. III, 16.* quorundam & preces eius spectant. *Col. I, 8.* Cum ex aduerso qui rudes sunt sacrae experientiae, non possint non saepissime hallucinari. Quoties lege vtuntur, vbi ex euangelio adhibendae erant consolations? Quoties contra ea consolantur, vbi legis fulmine erat opus? Quoties tepidum hominem intempestiu laude reddit tepidiorem, & securum, magis securum? Quoties animo deieclum in summas coniunctum angustias, nimio rigore abusi? Ut infinita praetereramus alia, quae ex isto defectu vulgo peccantur. Adiuciamus saltem quae differit Macarius de Eleuzione mentis Cap. XVII. p. m. 130. Τὸ μὲν ἀπλῶ λόγω παραδίδοντα τὰ σεργχυματά πρόχειρόν τι καὶ ἐύπετές πρόσιον γὰρ τὸν παῖδι λέγειν, τὸν δέξον τέτοι, υποδείγματα δὲ λόγω Φαμὲν, διπὸ σίτα γεγενῆθ. τὴν μέντοι κατὰ μέρη διῆτα κατασκευὴν ἐδέδοται, & τὰ παῖδος γνῶναι: ἀλλὰ μόνον ἐι τὸν πεποιημένων. οὐτα γένη τὸ μὲν ἀπλῶς τετρὶ ἀπαθείας λέγεντε καὶ τελεοῦται ἐύπετές τε καὶ ἐύχερές το δὲ πείρα τὸ πεῖραμα παραλαβεῖν, τότο ἐι τὸ ἔργω καὶ ἀληθεία καταλαβεῖν εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς τελεοῦται. Simplici nomenclatione designare res, facile cuius & factū pronum est. Facile quippe omni homini est dicere: panem hunc, (ut hoc exemplo utramur) ex frumento esse compactum; quo autem modo, qua arte tota eius preparatio administrata fuerit, signatim expone, haud quiuis queat; sed id eorum saltem est, qui experientiam rei habent.

## 42 M D I S S E R T A T I O I N A V G U R A L I S

babent. Ad hunc igitur modum cuilibet in promtu est, de affectuum va-  
cuitate & perfectione differere; experientia vero capessere negotium;  
hoc vero est re ipsa & in veritate methodum perfectionis percipere.

Id quod contra obiectio-  
nem adseritur. §. XXIV. Hic si aliquis nobis obuerat, hoc pacto saepè futurum  
esse, vt aliquis loco experimenti alicuius sacri suas nobis obrudat co-  
gitationes, forte a re plane alienas, & non nisi venustas imaginatio-  
nis lusiones; vnde ansa & occasio ad varios errores suppeditetur au-  
ditoribus; neutiquam negauerimus, contingere id posse, immo vero  
contingere saepius cum magno ecclesiae detimento; sed hoc ipsum  
ideo contingere adseueramus, quod non veram allegauerint experien-  
tiā. Certum enim uero est, vt probasse nos confidimus, sacras res  
experientia ab hominibus sanctis percipi posse, & re ipsa percipi; vnde  
de & nihil obstat, quin quac de rebus diuinis gustauerunt, vel in litteris  
sacris explicandis, vel in aliis erigendis aut commonefaciendis  
possint vicisim in usum publicum convertere? vnde potius confia-  
tur, qui desituent experientia spirituali, eos ineptos esse scripturae  
interpretes; ineptos esse, qui de rebus sacris cum aliis confabulentur,  
cum & errant tam facile ipsi, & aliis, vt & illi errant, subministrent  
occasione. Maçarli verba non possumus non in fine dissertationis  
adiungere; pulchra enim sunt, & rem nihil magis illustrare queat.

*De Elevatione mentis Cap. XIX. p. m. 131.* οσοι λόγις των ευμαρτικής  
γενεσεώς τε ἡ πάνερες ἐκτὸς Φθέγγουται, τάττες ἐσικένα φημι σύνθεσι  
τοῦ θερέας ὡραία μεταμβολαὶ αἰχράβεις ισταμίντις πεδίοις ἔρημον τι καὶ  
ἄνθρωπον διύοντι ἔντα υπόστοις ἡ Φλογώδεις τῆς δίψης κατὰ νῦν  
αὐτῷ ὑπογεάφωντι πηγὴν τινα ψυχράν ἐγγὺς εῖσαν γλυκὺ τα ἡδεῖ  
διειδὲς ὑδωρ ἐχεσταν, οὐδὲ αὐτές ὑδεῖς εἰργονται ἀπολάνοντι κατὰ  
κόρεν· ἡ αὐθεάστω μέλιται· μὲν δὲ βεργχύ γενσαμένω, ἐτέρεις δὲ  
σπῶ ἔχει γλυκύτηται· τειραμένω διασταφεῖν· τοιότοι γαρ ἀληθῶς  
οσοι μη ἔργῳ ἡ ταλπερφοσιατῇ ἔαυτῶν τα περὶ τελειοτητος τε ἡ  
ἀγιασμος, η ἀπαθειας ταρρωλαβόντες ἐτέρεις ἐστηγείδαι βέλονται  
ἡ γαρ εἰ δισηθερες πικρέν τινα τον παρ' αὐτῶν λεγομένων λαβεῖν  
αὐθησονται πάντως, οτι μη κατὰ την ἐκείνων ἐστηγησιν, ἀλλα  
πολλᾶ διαφέροντι της ἀληθειας είχε κα τῶν πραγμάτων. Quicun-  
que de spirituali doctrina, sine gustu & experientia disputant; eos  
aio ego esse similes homini, per aestatem, meridie calidissimo exi-  
stente, per campum desertum aridumque transeunti; atque in siti,  
qua

DE EXPERIENTIA CHRISTIANORVM.


43

qua multa & flagrantissima torquetur, animo sibi fontem singenti gelidum proxime fluentem, aquam dulcem & crystallinam habentem; & ea se ad satietatem vsque, nullo prohibente, proflui. Aut homini, qui, cum mel omnino nunquam gustarit; tamen aliis declarare conatur, quanta sit eius suauitas. Tales profecto sunt, quicunque re ipsa & intimo in seipsis experimento eorum, quae ad perfectionem, sanctificationem & perturbationum abolitionem pertinent, non ante preparati, alios de his docere differendo volunt. Etenim si dederit his Deus, ut vel exiguum aliquem horum, quae inexperti praedicant, sensum percipiant, tunc denum clare intelligent, veritatem & ipsas resnot secundum eorum expositionem, sed multo a-

Δέξα τῷ Θεῷ.



D E B A T R A H I C U M



(o)

**D**octor eris: cecini, nec sum tamen illico vates,  
Grande cui arenati carmen ab ore fluat.

*Doctor es: hoc PRITI superans OLEARIVS infit*

Certius; hoc plateae, templa tubaeque sonant.

*Doctor: at o Serueta gemat cum Lipside sero,*

Nec nisi post octo pluraue lustra; fuit.

**PRITIO**

fuo,


*de honoribus in Theologia*

*summis*

*gratulatus & prosperrima quaque ad-*  
*precatus*

*Languida manu*  
*scrib.*

**Io, GOTHOFREDVS HERRICHEN.**







Aug VI 49 (1)

ULB Halle

001 853 821

3



5b.

VD 17

Retro 1





B.I.G.

Farbkarte #13



Q. D. B. V.

32.

29

DISPUTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
RENA TORVM  
EXPERIENTIA  
SPIRITUALI,  
SOLENNISSIMA PANEGYRI  
CVM  
A REVERENDISSIMA  
FACULTATE THEOLOGICA  
DOCTORIS INSIGNIA  
IPSI CONFERENTVR

AD DIEM IX. Nov. A. O. R. cl<sup>o</sup> 13 c<sup>o</sup> Ic.  
EXHIBVIT  
SVO OLIM, SI DEO VISVM FVERIT, TEMPORE  
DEFENDENDAM,  
IO. GECRGIVS PRITIVS, LIPSIENSIS,  
SS. THEOLOGIAE LICENTIATVS, EIVSDEMQUE VT  
ET METAPHYSICAE PROFESSOR PUBLICVS  
AC PASTOR IN GYMNASIO ET ECCLE-  
SIA SERVESTANA.

LIPSIAE, TYPIS CHRISTIANI GöZII.

